SI aliquis conducit domum vel predium vel aream publicam a fisco vel repub.alicuius ciuitatis.& ĩpediatur re conducta frui: habet contra impedientem interdictũ de loco publico fruendo.vt.ff.eo.l.j. Unde sic forma libellum. Ago ego.S.contra.R.qui non permittit me vti & frui loco publico: cuius confines sunt tales. quem locum a tali massario ciuitatis Bonoñ.conduxi pro.x.lib.bonoñ.singulis annis soluendis. Unde ne me pp̄hibeat: ago contra ipsum.& ad hoc propono interdictum de loco publico fruẽdo/ vel actionem in factum subrogatam in locum illius. Quod ita recte concipiatur libellus/ dicit.l.prealle.

## De interdicto de via publica reficienda.

SI aliqs vult reficere viã publicam: & sub aliquo impeditur/ habet cõtra impediẽtẽ interdictũ de via publica reficiẽda.vt.ff.eo.per to. Unde sic cõcipit libellus. Ago ego.S.cõtra.R. qui me volentẽ reficere vel purgare talem viam publicam prohibet vñ vt cesset a tali iniuria ago contra ipsum.& potest addi.& vt mihi soluat vel reddat quãtum mea interest/ me phibitum non esse.& hoc quando per talẽ refectionẽ vertebatur specialis vtilitas actoris.& ad hoc pp̄ono interdictum de via pu.refi.vel actionẽ in factũ subrogatam.&c. Quod ita recte conciplatur li.dicunt iura prealle.

## De interdicto vt liceat ire agere per viã publicã.

SI aliquis vult ire per viã publicam/ vel vult aliquem ducere vel agere & impeditur ab aliquo: habet cõtra eũ interdictum vt liceat ire/ agere per

viam pub. In quo sic forma libellum. Ago ego. S. cōtra. R. q me volentem ire vel agere/vel ducere tale quid per viā publicā prohibuit vel ꝓhibet: vnde ne me prohibeat ago contra ipsum ⁊ ad hoc propono interdictum vt liceat ⁊c. vel actionem in factum subrogatam ⁊c. Quod ita recte concipiatur libellus/probatur. ff. ne quid fiat in lo. pub. l. ij. §. vlti.

## De interiecto vt liceat ripam publici fluminis reficere vel munire.

Si aliqs vult reficere vel munire ripā publici fluminis/⁊ ab aliquo ꝓhibef: habet contra illū interdictū vt liceat ri pub. flu. refi. In quo sic forma libellū. Ago ego. S. cōtra. R. q ꝓhibuit ⁊ ꝓhibet me volētem reficere vel munire ripā talis fluminis sine aliquo ipedimēto nauigij/cū eēm paratus satisdare ⁊ cauere noīe dāni infecti vsq ad. x. annos. secundū mādatū ptoris. vnde ne me prohibeat ago contra ipsum. ⁊ ad hoc propono interdictum vt liceat ripam pub. flu. refi. vel mu. vel actionem in factum subrogatam ⁊c. Qđ ita recte concipiatur li. dicit. l. ff. de ripa. muni. l. vnica.

## De interdicto vt liceat in flumine publico nauigare.

Si qs in flu. pub. vel stagno pub. vel lacu pu. vel fossa pu. nauigare vel piscari ꝓhibeat: habet interdictū vt in flu. pu. li. na. Et in eo sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. q me ꝓhibuit ⁊ ꝓhibet nauigare vel piscari in flumine tali/vel stagno/vel fossa/vel lacu. vnde. ne me ꝓhibeat ago cōtra eū. ⁊ ad hoc ꝓpono interdictū vt li. in flu. pu. ⁊c. vel actionē in factum surrogatā ⁊c. Quod ita recte concipiatur li. probatur. ff. vt in flu. pu. l. vnica.

## De interdicto ne vis fiat ei qui in possessionem missus est.

Si qs mittatur possessionem a iudice/vel in tenutas alicuius rei/cā rei seruande: ⁊ tu prohibeas eum esse in possessione vel tenuta/cōpetit ei hoc interdictum siue dominus siue aliter prohibuerit. vt. ff. eo. l. j. Et i hoc interdicto sic concipe libellū. Ago ego. S. cōtra. R. qui prohibuit me ire vel esse in possessione taliū rerum in quaꝝ possessione iudex me mittēdū decreuit. vnde ne me prohibeat ago contra ipm. ⁊ ad hoc ꝓpono interdictū ne vis fi. ei q in pos. mis. est vel actionem in factū ⁊c. vel ñ vis petere tuū interesse. scꝫ quāti tua interesset non esse prohibitū dicas: vnde quia interest mea in. c. nō esse prohibitum/ideo istud interesse peto. Quod ita in vtroq casu recte cōcipiatur libel. dicit. l. prealle. Si autem non vis predictam actionem proponere dicas ita. Ago ego. S. cōtra. R. vt. s. vnde ꝙ in poss. rerum illarū mittar manu militari/officium iudicis propono ⁊ vestrum officium domine iudex imploro. Quod ita recte concipiatur libellis/probatur. ff. eo. l. si quis missus. §. prio. Et ibi dat consilium Vlpianus ꝙ melius sit agere officio/iudicis/quā proponere interdictum.

## Interdictum quorum bonorum.

Si aliqs vocatur ad successionem alicuius ex testamento/vel ab intestato: ⁊ vult possessionē rerū defuncti ab illis q possident aduocare/seu re-

cuperare: habet locū interdictū quoꝝ bonoꝝ qd restit. est. ⁊ ptinet ad vniuersitatem bonorum ⁊ non ad res singulas: vel ad nomina: quia contra debitores heredi. nō datur/ sed ad bonorum corporalium pos. vt. ff. eo. l. j. ⁊. ij. Unde sic concipe libellum. Ago ego. S. contra. R. qui iniuste tenet vel possidet bona que fuerunt quondam Titij. cui ex testamento vel ab intestato successi. vnde eorum possessionem peto mihi tradi vel dari. ⁊ ad hoc propono iterdictū quorum bonorum/ vel actionem in factum. ⁊c. Quod ita recte concipiatur libellus probatur. ll. preall. ⁊ insti. de interdic. §. adipiscende.

## De interdicto quorum legatorum.

Si legatarius sua auctoritate/ occupat rē sibi legatā sine heredū volū
s tate: hereditate iacēte tenet heredi rē illā restituere. ⁊ id equissimū visum ē p̄tori: vnūquēq; nō sibi ipsi ius dicere occupatis legatis: s; hoc ab herede petere. ff. eo. l. j. Tū in isto iterdicto sic concipias libellū. Ago ego. S. J. R. q domū talē cuius fines sunt tales/ legatam sibi in testamēto Titij/ cui Titio ego ex testamento successi/ sua auctoritate iacente hereditate occupauit. vnde predicte domus pos. mihi dari vel tradi peto. ⁊ ad hoc propono interdictum quorum legatorum. vel actionē in factum subrogatam ⁊c. multi tamen sapientes ponunt in li. cuius domus possessionē vel quā domū peto mihi restitui: cū istud interdictū dicatur restitutoriū. sed hoc cū calūnia procedit. Quod aūt libellus sit bene conceptus: probatur per. l. preall.

## Interdictum de tabulis exhibendis.

Si aliqs fecit tabulā idest testamētū: ⁊ illa tabu. ab aliquo teneat: ⁊ tua
s interfit illud exhiberi: potes agere contra illū interdicto de tabulis exhibendis. in quo sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. q testamentū vel codicillos Titij/ in quo vel in quibus mihi legatū fuit relictū/ nō exhibet: vnde q exhibeat ago cōtra ipsum: ⁊ ad hoc propono/ interdictū de tabulis exhibēdis. vel actionem in factū sub re in locū ipsius. Quidā sapiētes sic. Ago ego. S. contra. R. qui testamētū vel codicillos/ in qbus sunt mihi. x. legata/ cū posset exhibere non exhibet: vnde quia interest mea in. x. predictū meū interesse peto: ⁊ adhoc propono. vt ⁊c. Quod ita recte cōcipiat libellus. pbatur. ff. eo. l. j. ⁊. l. cum. §. solent. ⁊. §. condemnatio.

## Interdictum de liberis exhibendis.

Si filius tuus q est in potestate tua/ ab aliquo detineatur inuitus: pote
s r's agere cōtra eū interdicto de liberis exhibēdis hoc mō. Ago ego. S. contra. R. qui Titiū filiū meū in potestate mea constitutū/ inuitū detinet. vnde peto illū mihi exhiberi. ⁊ ad hoc ꝓpono interdic. de libe. exhib. vel ac. in factum/ subro. in lo. ipsius. Quod ita recte concipiatur libellus/ probatur. ff. eo. l. j. in prin. §. in hoc interdicto.

## Interdictū de liberis deducendis

Si filius alicui⁹ ab alio detentus/ exhibeat patri: poterit postea pater ꝯ
s illū q ipedit eū deduci itētare iterdictū d deducēdis liberis sic. Ago ego. S. cōtra. R. q ꝓhibet ⁊ ipedit me volentē deducere filium mea potestate cōstitutū: vnde ne ipediat vel ꝓhibeat/ ago cōtra ipm. ⁊ ad hoc propono interdi. de libe. deduc. vel actionē in factū subrogatam ⁊c. Quod recte

conciplatur libellus/probat.ff.eo.l.deinde.§.j.⁊.§.hoc autem interdictum.

## Interdictũ de libero homine exhibendo

SJ liber hõ detineat ab aliquo iniuste:ꝑt i tẽtare ꝯ detẽtatorẽ iterdictuꝫ de libero hoie exhibẽdo.qd cuilibet d ꝑplo cõpetit.vt.ff.eo.l.j.⁊.ij.⁊.l. ꝙ ⁊ lex.§.hoc iterdictũ.Et i h iterdicto sic forma libellũ.Ago ego.S.ꝯ.R. q.Titiũ liberũ hoiẽꝫ inuitũ dtinet:⁊ sibi libertatẽ recedẽdi quo velit n pstat.vñ ꝙ illũ Titiũ exhibeat peto.⁊ ad hoc ꝑpono iterdictũ d libero hoie exhibẽdo vel actiõeꝫ i factũ subrogatã ⁊c. Qd ita recte ꝯcipiat libellus/ ꝑbat.ll.ꝑalle.

## De interdicto vnde vi.

s Ji possidebas domũ vel fundũ/vel aliquã rẽ imobilẽ:⁊ aliqs te expellat a possessione illius rei.potes recuperare possessionẽ illius rei p iterdictũ vnde vi. p quod fit restitutio possessiois cũ oi causa damni dati.vt.ff.eo.l.j.§.j.in hoc interdicto sic cõcipe libellũ. Uobis domino.A.potestatis Bonoñ. conqueror ego.S. de tali/qui me expulit de possessione fundi talis:cuius fines sunt tales.queꝫ fundum possidebam. vnde ꝙ restituat mihi possessionem fundi predicti: ⁊ omnem causam dãni dati/ ago contra ipsum: ⁊ ad hoc propono interdictũ vnde vi.vel actionẽ in factũ subroga.⁊c. Si aũt vis agere vt ille restituat ⁊ puniat p ꝯstitutionẽ si qs in tantã dices retento principio vt.s.vnde vt restituat mihi possessioneꝫ fundi predicti. ⁊ si est dominus/vel si habet ius in re:ꝙ cadat a domino vel a iure quod habꝫ.vel si nõ dominus/siue non habet ius in re:vt estimationeꝫ ipsi fundi mihi soluat/ago contra ipsum:⁊ ad hoc propono constitutionem.si quis in tantam. Si autem tu non fuisti expulsus/sed coloni tui: dices . Ago contra talem qui colonos meos qui erant in possessione:talis fundi/expulit violẽter de ipso fundo. vnde ꝙ restituat ⁊c.vt in primo libello. Quod ita recte concipiatur libellus/ probatur.ff.e.l.j.§.j.⁊.§.quotiens.⁊.§. fine autem.§.rectissime.⁊.§.pe.⁊.l.cuꝫ fundum.⁊.l.colonus.C.eo.l.si quis in tantam. Si autem rustici contradicunt seruitia debita dominis exhibere: sic agunt domini cõtra eos.Ago cõtra talem/qui me talibꝰ seruitijs/puta capone/vel spatula porci debitis mihi ⁊ antecessoribus meis: ab ipso ⁊ antecessoribus suis solutis per.xxx.annos: quam solutionem allego ad probandum dicta seruitia debita me quasi spoliauit: contradicendo mihi soluere seu reddere. vnde ꝙ restituat mihi quasi possessionem illorum seruitiorum.Ago contra ipsum ⁊ ad hoc propono vtile interdicti vnde vi.vel actionem in factum vtilem subrogatam ⁊c. vel vtilem condictionem ex.l.si quis in tantam.

## De interdicto.quod vi aut clam.

s Ji aliquis cõtra tuam denunciationem aliquid faciat in tuo: ⁊ siue denunciatio fiat per iactũ lapilli/siue alio modo.videtur vim facere.Itẽ si quis te celante/ quẽ suspicatur sibi cõtrouersiam moturuꝫ vel suspicari debuit/aliquid in tuo solo faciat. videtur clam facere.vnde competit tibi interdictum quod vi aut clam.vt.ff.eo.l.j.§. quod si vi.⁊.l.vim facit.⁊.l. prohibere.§.clam. ⁊.l.seruitus . vnde in hoc interdicto sic concipe libellum. Ago ego.S.contra.R. qui me inuito/ ⁊ contra meam prohibitionem ⁊ denunciationem in tali loco / cuius fines sunt tales: quem locum dico ad me

pertinere iure dominij vel/quasi vel/ ratione vsusfructus/vel alterius inter esse opus fecit: vel fieri facit post meam denunciationem et prohibitionem. vnde vt illud opus remoueat/ꝛ in pristinum patiatur statum restitui/ suis expensis: ago contra ipsum.ꝛ ad hoc propono interdictum quod vi aut clam vel actionē in factū subrogatā ꝛc. Quod ita recte concipiat/dicit.l.ff.eodē ti tulo.l.i.l.semp.ꝛ.l.cōpetit.§.vltimo. ¶ Si autē fecit opus te ignorante ꝛ celante/ita ɔcipies libellū. Ago ɔtra. R. qui opus fecit in loco tali:me ignorāte ꝛ celante/ꝛ suspicante seu suspicare debēte/me sibi ɔtrouersiā moturuꝫ: quem locum dico ad me pertinere iure dominij/vel quasi/vel alio iure.vnde vt p̄dictum opus patiatur destrui/ suis expensis ꝛc.vt in superiori libello.

## ¶ De interdicto vti possidetis

Si quis turbat te in possessione tua:ꝛ non permittit te pacifice possidere habes contra ipsum interdictum vti possidetis/per quod possessionem habitam retines.ꝛ propteream dicitur retinendo possessionem.vt insti.de interdictis.§.retinendo.ꝛ in hoc iterdicto sic ɔcipe libellū. Ago ego. S. ɔtra. R. qui me in tali domo vel fundo/cuius fines sunt tales/queꝫ possideo inquietat ꝛ per turbat:non pmittendo me pacifice possidere.vnde ne vim turbatiuam/vel inquietatiuam mihi inferat/aut aliquo modo inquietet possessionē meaꝫ/prohiberi peto:ꝛ ad hoc propono ꝛc. Quod ita recte ɔcipiatur libellus.dicit.l.ff.eo.l.vnica.ꝛ insti.de interdicto.§.retinen. Et nota ꝙ simili modo facere posses li.si aliqui colonos tuos/inquilinos aut scripticios/ꝉ possessionem tui soli/non permittendo eos laborare ꝛ consueta tibi prestare seruitia inquietaret Et latius notatur in arte di.xij.

## ¶ De interdicto vtrobi.

Si aliquis turbat seu inquietat te/in possessiōe rei mobilis:habes contra turbantē interdictū vtrobi.in quo sic forma libelluꝫ. Ago contra. R. qui me talem rem mobilem/cuius talia sunt signa/non pmittit pacifice possidere:turbando mihi possessionem illius rei.vnde ne me turbet/sed pmittat pacifice possidere:ago cōtra ipsuꝫ:ꝛ ad hoc propono interdictū vtrobi/vel actionem in factum ꝛc. Quod ita recte concipiatur libellus/ꝓbatur. ff.eo.l.vnica.ꝛ insti.de interdic.§.retinende.

## ¶ Interdictum de superficiebus.

Si imposuisti superficiem in solo alieno: ꝛ alius turbat te in superficie illa:succurritur tibi superficiario per interdictum de superficiebus.vt ff.eo.l.i.ꝛ.ff.vti possi.l.si duo.§.labeo.ꝛ sequenti.in quo sic forma libellum. Ago contra. R. qui me superficiem positam in tali solo cuius tales sunt confines:quod solum ad superficiem imponendam/a Sempronio domino ipsius soli conduxi/pacifice possidere non permittit:imo me possessione ipsius superficiei turbat ꝛ inquietat.vnde ne turbet/ago contra ipsum:ꝛ ad hoc propono interdictum de supficie:vel actionem in factuꝫ subrogatā ꝛc.posset etiā proponi interdictum vti possidetis.probatur p.ll.preallegatas.

## ¶ Interdictum de itinere actuqꝫ priuato.

Hoc interdictum prohibitorium est/pertinens ad tuēdas rusticas tātummodo seruitutes.vnde si aliquis vadit per fundū alicuiꝰ priuati siue in

re servitutis / sive non: dum tamen hoc anno fit usus itinere vel actu: non vi / non clam / vel precario. & venit alius. & prohibet ipsum volentem ire agere. ideo competit sibi interdictum de itinere actuque privato. ut. ff. e. l. j. & in eo sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. qui me volentem uti / & utentem via / itinere / vel actu per talem fundum: cuius tales sunt cõfines prohibet: qua via itinere vel actu usus sum hoc anno / non vi / non clam / non precario. unde ne me prohibeat: ago contra ipsum / & ad hoc propono &c. Quod ita recte concipiatur libellus: probatur. ll. preall.

## Interdictum de itinere actuque privato reficiendo.

Si tu habes servitutẽ vie / itineris / vel actus: & vis reficere locũ illũ / unde tibi debetur illa servitus / & ab aliquo prohibearis: competit tibi contra illum hoc interdictũ. ut. ff. eo. l. unde. §. ait pretor. in quo sic forma libellũ. Ago contra. R. qui me volentem reficere viam / iter sive actum: quã vel ques habeo per fundum talem / cuius fines sunt tales: de iure mihi cõstitutã & debitam impedit & prohibet reficere. unde ne me ĩpediat: ago cõtra ipsum / & ad hoc propono interdictum de itinere actuque privato reficiendo: vel actionem ĩ factũ subrogatã &c. Quod ita recte concipiatur libellus: dicit. l. preallegata.

## Interdictum de aqua quotidiana.

Si habes ius aque quotidiane / ducẽdo ad predia tua & ab aliquo prohibearis aquam illã ducere: habes contra illum interdictum de aqua quotidiana / quod est ꝓhibitoriũ. & interdum restitutoriũ ẽ. Aqua autem quotidiana non dicitur ea que quotidie ducitur: sed ea que quotidie duci potest: si velit. ut. ff. e. circa principium. unde in hoc interdicto sic concipe libellum. Ago contra. R. qui me prohibet ducere aquam per fundum talem: cuius fines sunt tales. quam aquam duxi hoc anno non vi / non clam / nõ precario. unde ne me impediat seu prohibeat: ago contra ipsum / & ad hoc propono actionem in fac. &c. ꝙ recte conci. li. probatur. l. preall.

## Interdictum de aqua estiva.

Si habes ius ducendi aquam estivã ad locum tuum / quã in priori estate duxisti a me: & ab aliquo impediaris / ne eam ducas: habes contra eum interdictum de aqua estiva: ea que sola estate expedit uti. ff. e. l. j. circa prin. in hac actione sic forma libellũ. Ago ego. S. contra. R. qui me ꝓhibet vel impedit ducere aquã estivam & fundum meũ: ad irrigãdas teneras cucumellas vel citreolas vel alia: uti aquam illam duxi priori estate. unde ne me impediat vel prohibeat / ago contra eum & ad hoc propono interdictum de aqua estiva: vel actionem in factum subrogatam &c. ꝙ ita recte concipiatur libell. probatur. ff. eo. l. j. §. deinde ait pretor.

## Interdictum de aqua ex castello ducenda.

Si aquã ꝑ castellũ. i. ꝑ receptaculũ / quo aquã publicã recepit: ducis ad locũ tuũ / & impedi͛ris illã aquã ducere: habes interdictum de aqua ex cast. du. ut. ff. de aqua quotidi. & esti. l. j. §. ait pretor quo ex castello. in quo sic forma libellum. Ago ego. S. Z. R. qui iniuste prohibet me seu impedit aquã ducere ex castello. i. ex illo tali receptaculo: qđ recipit aquã publicam: ex quo loco ius est mihi sive competit aquam ducere. Unde ne me ꝓhibeat / ago

contra ipsum: et ad hoc propono interdictum de aqua ex castel. du. vel acti. in factum etc. quod ita recte concipiatur libel. dicunt iura preall.

## ¶ Interdictum de riuis.

S I quis habet riuũ per quẽ aquã ducit: et ab aliquo impediatur aquã per illũ ducere: vel prohibeatur ne ducat. vel vult reficere riuũ illũ vel purgare: et ab aliquo prohibet. Uel si aliquis habeat specus vel septa in flumine: vel habeat fossaz vel puteũ/ et vult ducere aquã/ vel reficere vel purgare. et ab aliquo prohibeatur: habz interdictũ de riuis. vt. ff. eo. l. i. in prin. in hoc aũt iter dicto sic forma libellũ. Ago ego. S. cõtra. R. qui me prohibet et impedit ducere aquam per riuuz vel septa vel specũ: vel ducere aquã de puteo sicut priori estate/ vel hoc anno duxi vel reficere. vnde ne impediat vel me prohibeat/ ago contra ipsum: et ad hoc propono etc. Quod ita recte conci. li. dicit. l. preall.

## ¶ Interdic. de fonte reficiendo.

S I aliquis habet vsum hauriẽde aque de fonte vel puteo vel piscina/ vel lacu: et ab alio impeditur: cõpetit ei contra ipsum impedientem hoc interdictum de fonte. Aliquũ quis vult reficere fontẽ/ vel puteũ. et ab alio impeditur vel prohibetur reficere vel purgare. et tunc habet interdictum de fonte reficiendo. vt. ff. eo. l. i. in pricipio. et. §. deinde ait ptor: in quo sic forma libellũ. Ago ego. S. contra. R. qui prohibet me vel impedit vti aqua de fonte/ lacu/ puteo/ vel piscina tali: cuius fines sunt tales. qua aqua vsus sum hoc ãno: nõ vi/ non clam/ nõ precario. vñ ne me impediat vel prohibeat vti aqua illa sicut hoc anno vsus fui. ago contra ipsuz: et propono iterdictũ de fonte: vel actionẽ in factũ subrogatã etc. ¶ Sed pro reficiẽdo sic concipe libellũ. Ago contra te/ qui me prohibes vel impedis purgare fonte: vel reficere piscinã/ vel lacũ vel puteũ: cuius fines sunt tales. vñ ne me impedias purgare predicta: sicut ius ẽ mihi purgandi/ et vsus sum hoc anno: nõ vi/ nõ clam/ nõ precario: ago contra ipsum/ et ad hoc propono iterdictũ de fonte reficiendo: vel actionẽ in factũ subrogatã etc. Quod ita recte concipiatur libellus: dicunt iura predicta.

## ¶ Interdictum de Cloacis.

S I vis cloacam tuã purgare: et ab alio impediris. itẽ si vis cloacaz de nouo facere: et ab aliquo prohibearis/ vel si aliquis imisit cloacaz in tuo: habes contra eũ interdictũ de cloacis. in quo sic forma libellũ. Ago cõtra. R. qui prohibet me purgare vel reficere cloacã meã/ que ẽ in loco tali iter me et ipsum. vñ ne me prohibeat vel impediat: ago contra ipsuz/ et ad hoc propono interdictuz de cloacis/ vel actionẽ in factũ etc. Uel sic. ago contra. R. qui iter cloacã que est inter me et ipsum in loco tali imittit talia per que vsus meus in cloaca illa impeditur. vnde. quod illud remoueat: ago contra ipsuz: et ad hoc propono vt supra. Quod ita recte concipiatur libellus: dicit. l. ff. eo. l. j.

## ¶ Interdictum de precario.

S I rẽ tuã concessisti alicui precario: et ille non vult eã restituere: potes eã recupare per interdictũ de precario. vt. ff. e. l. j. in quo sic forma libellũ. Ago ego. S. contra. R. cui talẽ rez concessi precario: et eã mihi reddere contradicit. vñ ad hoc vt mihi restituat: ago contra ipsum/ et propono interdictum de precario: vel actionem in factum subrogatam in locum illius interdicti. Quod ita

recte concl.li.probatur.ff.eo.l.j.7.ij.

## Interdictum de arboribus cedendis.

Si arbor vicini tui ipendet supra domum tuã/vel agrũ:vel si arbor illa super excrescat 7 damnum inferat:fundamentis tue domus:habes cõtra dominum arboris interdictum de arboribus cedendis:per qđ consulitur ei qui habet arborem q eam succidat.alioquin tu in cuius domum vel agrum impendet/succidere poteris.vt.ff.e.l.i.in hoc autem interdicto sic forma libellum.Ago ego.S.contra.R.qui arborẽ positã in domo sua vel area: 7 impendentem super domum meam/ non vult succidere/ nec etiam patitur q ego succidam.vnde q me succidere vel incidere patiatur:ago contra ipsum/ 7 ad hoc propono interdictum de arboribus cedendis:vel actionem in factum subrogatam. Si autem impediat in agro:dices ita.Ago contra.R.cuius arbor posita in predio suo/impendet super predium meũ:quã arborem ipse a terra vsq3 ad.xv.pedes deglabare non vult:vnde ne me prohibeat deglabare volentem/vsq3 ad predictum legitimum modum:agó contra ipsum/ 7 ad hoc propono interdictum de arboribus cedendis.ex.ij.capite.vel actionem in factum 7c.probatur in.l.preal.§.deinde ait pretor.

## Interdictum de glande legenda.

Si fructus arborum tuarum cadant in fundum vicini tui: 7 vis illos fructus colligere:sed vicinus tuus te prohibet:habes contra illum interdictum de glande legenda.in quo sic forma libellum.Ago ego.S.contra.R.qui fructus qui ceciderunt ex arbore mea in agrum suum non patitur me colligere.vnde ne me prohibeat volentẽ colligere/ ago contra ipsũ: 7 ad hoc propono interdictum de glande legenda : vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Quod ita recte concipiatur libellus dicit.l.ff.eo.l.vnica.

## Interdictum de migrando.

Si ab aliquo domum cõduxisti: 7 modo res tuas vis inde extrahere/ 7 dominus te prohibet:habes contra eum interdictum de migrando.7 in eo sic forma libellum.Ago ego.S.contra.R.qui talẽ domũ mihi locauit:cuius fines sunt tales:pro decem solidis.vel etiam gratuite concessit: in quam domũ res tales intuli.quas me extrahere non permittit/neq3 me libere exire cum rebus meis permittit.vnde ne me impediat/ago contra ipm: 7 ad hoc propono interdictum de migrando:vel actionem in factum subrogatam 7c.Quod ita recte concipiatur libellus/probatur.ff.eodem.l.j.§.j.7.§.hoc interdictum.7.§.si pensio.

## De interdicto saluiano.

Si colonus tuus intulit res in fundo/vel inquilinus i domo:7 res ille a colono vel inquilino/vel ab alio possidentur:potes possessionẽ illarũ rerum auocare per interdictum saluianum:hoc modo. Ago ego. S. contra.R.qui res tales mihi obligatas a colono meo tali/pro pensione fundi talis/quem sibi locaui pro decem tenet seu possidet.vnde q mihi possessionem rer℞ predictarũ tradat/ago contra ipsum:7 ad hoc propono interdictũ vtile saluianum:vel actionem in factum subrogatam loco ipsius interdicti.

probatur.ff.eo.l.i.ꝛ.C.eo.l.i.¶Si aūt vis agere cōtra ipsuꝫ colonū vel eius heredes:dicas.Ago contra.R.colonū meū vel heredē/ cui locaui pdiuꝫ tale pro decē nomine pensionis mihi soluēdis:pro qua pensione res sue tales fuerunt mihi obligate.vñ vt res illas mihi tradat/ ago contra ipsum:ꝛ ad hoc ꝓpono interdictum saluianum directū/ vel ac.in fac.ꝛc.vt per iura preall.

## ¶Interdictum de noui operis nunciatione.

J alicui volēti edificare in solo tuo/ tu denunciasti/ ne edificaret:ꝛ ille
s post denūciationē edificauit/ habes cōtra eū īterdic.de noui.ope.nūcia:p quod cōpellit edificiū destruere/ suis expēsis.et si iuste edificauerit.vt.ff.eo.l.j.in prin.ꝛ.l.ptor ait.in prin.Et in hoc interdict.sic forma libellū.Ago ego.S.cōtra.R.q postq̄ nunciaui nouū opus in edificio tali p iactū lapilli ipse edificauit.vnde ad hoc propono interdi.de no.ope.nūci.vel acti.i factum ꝛc.Quod recte conci.li.dicunt.ll.preallegate:

## ¶De interdicto vt liceat edificare ei cui nunciatum est si satis dederit.

J tibi nunciatū est nouū opus ꝛ tu satisdedisti/ vel paratus es satisda
s re:vel nuncianti si pſens ē/ vel vrbicarie prefecture vel prouinciali si nuncians sit absens de opere moliendo tuis expensis si apparuerit te iniuste edificasse:ꝛ ille adhuc nō cessat te īpedire/ habes ꝯtra euꝫ interdictum hoc qd̄ est ꝓhibitoriū/ ne vis fiat ei qui satisdedit de opere destruendo si vult edificare.vt.ff.de noui operis nunciatio.l.ptor ait.§.deinde ait ptor.ꝛ.§.hoc interdictū.Et in hoc interdicto sic forma libellū.Ago ego.S.contra.R.qui cū denunciasset mihi nouū opus/ ꝛ sibi satisdederim de opere demoliendo/ si appareret me iniuste edificasse vel paratus essem satisdare.ꝛ nunc velim edificare:ipse me prohibere ꝛ impedire/ quominus edificē non cessat.vñ nemo ipediat ago contra ipsum:ꝛ ad hoc propono interdic.de no.ope.nunci.quo caue tur:vt satisdatione prestita ab eo cui nunciatur nouū opus non impediaꝭ:quo modo minus edificet:vel actionem in factum subrogatam ꝛc.Quod recte cōcipiatur libellus:dicunt.ll.preall.

## ¶De interdicto fraudatorio.

Ontingit ꝙ aliquando debitor alienat in fraudem creditoris/ propter quod competit creditori interdictum fraudatorium.vt.ff.de solu.l.pupilli.debitor.in princi.Itē cōpetit creditori clauisiana ꝛ pauliana seu fauiana.de quibus plene diximus.s.in suis rubricis.vnde que dicta sunt in illis/ intelligantur in hoc interdicto tacite repetita.

Explicit tractatus de interdictis.

## ¶Incipit tertia pars huius summe ꝛ proemium in tractatum de Edictis

Q Uoniā in superiori particula huius opusculi aliquātuluꝫ circa interdictorū intellectus describendos versatum est: cōsequēs erit vt de edictis/ que ꝛ pretoria sunt/ sicut ꝛ interdicta:studiosus differamus.vñ qꝛ edictum ab illo corrupto/ cōtēptā ptoris vindicat malestatem:ideo de eo primitos videamus:Que aūt differentia si inter

edictum ꝛ interdictum arte.xiij.di.notantur diligenter.

## ¶ Edictum de albo corrupto.

Si quis corruperit seu deleuerit vel cassauerit albū pretoris loco cuius hodie sunt quaterni cōis:punitur in quadraginta aureis per edictum de albo corrupto.vt.ff.de iurisdictione omniū iudiciū.l.si quis id.ꝛ in stitu.de actione.§.penales.in hoc aūt edicto sic concipe libellum. Ego contra talem/qui quaternos communis/siue libellos ꝛ alia in quaternis cōis posita corrupit vel abradēdo vel mutādo vel itercedendo/alias interlineādo.vnde ipsum peto puniri in.l.aureis/ꝛ ad hoc propono vtilē actionē in factū/ subrogatā in locū edicti/de albo corrupto/vel ipsum edictū vtile. Quod ita recte concipiatur libellus/dicunt iura prealegata.

## ¶ Edictum. Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

Si quis iudici non obtēperauerit/vel in principio vel in medio vel in fine/iudex pōt eum mulctare ex illo edicto.i quo sic forma libellū. Ego ego.S.ꝫ.R.qui vocatus a tali iudice cōitatis Bonoñ.ꝙ veniret corā eo ad meā petitionē/ꝛ ꝙ inibi responderet/venire contēpsit.vnde qꝛ non venit:interest mea in tantū/ideo illud inter eē peto:ꝛ ad hoc ꝓpono edictuꝫ.si quis ius dicēti non obtēperauerit. ¶ Si aūt vis ꝙ iudex eum puniat.i.mulctet pena pecuniaria/cōcipias ita libellum. Ego ego.S.contra.R.qui mandatum sibi a vobis factū:non adimpleuit:ꝛ sic vobis nō obtēperauit.vñ vt ipsum puniatis/ago:ꝛ ad hoc propono actionē in factū ex edicto si quis ius dicenti ꝛc. Quod ita recte concipiatur libellus/probatur.ff.eo.l.vnica.

## ¶ Edictum. Si quis temere vocauerit aliquē in ius:quē vocare non licet.

Si aliquis temere vocauerit aliquē in iudicio/quē vocare non licēt/puta patronū vel parentē/sine venia:punitur in.l.aureis per hoc edictū. vt.ff.de in ius vo.l.pe.ꝛ fi.in quo sic forma libellū. Ego ego.S.cōtra. R.qui me patrem suum seu patronum/vocauit in ius sine venia/sibi cōcessa a pretore siue a ptāte/ꝛ in dicta vocatione fuit litem contestatus.vnde ipsum in.l.aureis condemnari seu puniri peto/ꝛ ad hoc propono actionē in factum ex edicto/de in ius vocando. Quod ita recte conci.li.dicunt.ll.prealle.ꝛ insti. de acti.§.penales.

## ¶ Edictū. Si quis in ius vocatus non ierit.

Si quis vocatus fuerit a iudice/ꝛ ipse non vadit ad eū/potest iudex eū punire secundum iurisdictionē suam/ex hoc edicto.si quis in ius vocatus non ierit.vt.ff.e.l.i.ꝛ.ij.hoc edicto sic concipias libellum. Ego ego.S.contra.R.qui vocatus a iudice tali non venit coram eo/cum esset iurisdictioni ipsius suppositus.vnde peto ipsum condemnari secūdū voluntatē vestram:ꝛ ad hoc propono actionem in factum ex edicto.si quis in ius vo.ꝛc. Quod ita recte concipiatur libellus:dicunt.ll.predicte.

## ¶ Edictum de eo qui non accepit aliquē fideiussorē:pro reo principali.

I aliqs noluerit recipere fideiussorē/ p illo qui debeat satisdare iudi-
s cio sisti.i.dare fideiussorē q stabit iudicio/ actor fideiussorē illus recu-
sat/ et alium petit.ideo proditum est edictū p quod pena imponitur ei.
l.aureorum.vt.ff.de in ius.vo.vt eant.l.ij.hoc edicto sic forma libellum. Ego
ego.S.contra.R.qui a me fideiussorem iudicio sistendi causa paratum dare
locupletem et fide dignum et habilem ad conueniendum / sine causa recipe-
re recusauit/ cum de iure recusare non debuit. vnde ipsum condemnari peto
in.l.aureis/ et ad hoc propono actionem in factum/ ex edicto in ius vocā.vt
eant vel. Quod ita recte conci.libellus/ dicit.l.prealle.

## ¶ Edictum. Ne quis,eū qui in ius vocatus est vi eximat.

SI aliquis vi eximit aliquem vocatum ad iudiciū/ punitur inquātū actor in lite iurauerit ex hoc edicto/ in quo sic forma libellū. Ego ego.S.contra.R.qui titium a me vocatum in iudicium/ vi seu dolo malo exemit vnde quantum in litem iurauero/ in tantum ipsum peto condemnari. vel aliter.vñ meum singulare interesse peto/ quod estimo centū solidos: et ad hoc propono actionem in factum/ ex illo edicto.ne quis eū etc. Quod ita recte concipiatur libellus.dicit.l.ff.eodem.l.j.ij.et.iij.et pe.

## ¶ Edictum de eo per quem factum est quo minus quis in iudicio sistat.

I aliquis dolo malo vocatum ad iudicium eximat/ ne ad iudicium ve-
s niat/ tenet actione in factū ex illo edicto.in hoc antē edicto sic cōcipe
libellū. Ego contra.R.qui impediuit dolo malo Titiū quo minus in
iudiciū veniret/ et mihi in iure meo rñderet: vñ qa mea interest in.xx.id factus
non esse:ideo ipsum.R.in predictis.xx.condemnari peto: et ad hoc propono
actionem in factum ex edicto de eo per quem factum est etc. Quod ita debeat
concipi libellus/ probatur.ff.eo.l.j.in prin.

## ¶ De actione in factum ex edicto de edendo.

I aliquis habet instrumenta tua propria vel cōmunia vel rationes/ et
s eas tibi non exhibuit/ poteris ea petere tibi edi per officium iudicis.
vt.ff.de edendo.vbi.primo.R.illo nō edente/ succedit actio ista in fa-
ctum ex hoc edicto:in quo sic forma libellum. Ego ego.S.contra.R.qui ra-
tiones mihi vel instrumenta mea propria vel cōmunia cuz ab eo petij nō exhi
buit:vel edidit et maliciose:quia minus plene. vnde quia propter illas ratiōes
vel instrumenta non edita/ vel maliciose edita/ sum damnificatus in.xx.ideo
illa.xx.peto:vel si non vult facere certum/ dicat.peto meuz interesse:et ad hoc
propono actionem in factum ex edicto de edendo. q ita recte concipiatur li-
bellus/ probatur.ff.e.l.vbi.§.fi.et.l.argentarius.§.vlti.

## ¶ De actione in factum ex edicto de calumniatoribus.

I aliquis dat pecuniā alicui/ vt moueat cōtra te negocium vel cām
s per calumniā: vt calūniose vocet te coram iudice/ vel dum aliquis vel
let te vocare calūniose corā iudice dedi sibi pecuniaz ne te vocaret:in
vtroqz casu datur actio in factum ex edicto de calūniatoribus in quadruplū
infra annum/ post annum in simplū,i hoc aūt edicto sic forma libellū. Ego

ego .S. contra .R. qui .xx. recepta .G. vt mihi questionẽ talẽ calumniose moueret. vnde illos .xx. mihi solui in quadruplũ peto/ ⁊ ad hoc propono actionẽ in factum que oritur ex edicto de calũniatoribus. ꝙ ita recte concipiatur libellus dicit .l.ff.e.l.j.⁊.ij. Si autẽ accepisti pecuniam/ ne mihi calumniam faceres sic forma libellum. Ago ego .S. contra .R. qui recepit a Gayo .xx. solidos ne mihi calumniosam questionem moueret. vnde istos .xx. sol. in quadruplum mihi solui peto: ⁊ ad hoc propono actionẽ vt supra. ⁊ probatur .ff. eodem .l. si quis ab aliquo. Et nota ꝙ ista melius notantur in arte .iiij. distin.

## De actione in factum subrogata in locũ actionis de dolo post biennium.

Quia actio de dolo infra biennium competit ⁊ non vltra. vt .C. de dolo. l.vlt. ideo post biennium contra ipsum dolosum in eo quo locupletior est factus/ actio in factum inducta est/ in locum actionis de dolo que perpetuo competit. vt .ff. de dolo .l. itaqꝫ. in qua sic forma libellum. vt dixi supra. in actione. de dolo.

## De actione in factum subrogata in locum actionis de dolo: contra parentes ⁊ coniunctas personas.

Est ⁊ alia actio in factum subrogata in locum actionis de dolo/ que datur liberis ⁊ libertis deceptis a patre ⁊ patrono cõtra ipsos: ⁊ quibusdã alijs psonis humilibus/ cõtra eos q indignitate excellunt plebeio consolarẽ ⁊c. vt .ff. eo .l. non debet. vnde in hac actione sic forma libellum. Vobis domino potesta. Bononieñ. conqueror ego de .M. patre meo: q cũ sim emãcipatus/ suis suasionibus tota die mihi suadendo/ induxit me vt venderem sibi digestũ meũ/ alias nõ venditurus. vel dũ ꝓposuissem vendere/ suo dicto vendidi sibi .x. min⁹ ꝙ valeret. vnde ꝙ mihi digestũ meũ restituat/ vel illa decẽ mihi soluat: ago cõtra ipsum. ⁊ ad hoc ꝓpono actionẽ in factum que ꝯtra tales intentat. Et ꝙ ita recte cõcipiat libellus dicit lex preallegata.

## De actione in factum ex edicto de alienatione iudi. mu. causa facta.

Si cõtra aliquẽ volebas intẽtare actionẽ rei ven. vel aliã actionẽ realẽ vel aliquam psonalẽ/ q̃ sit in rẽ scripta. vt qđ metus causa. vt .ff. ꝙ metus cã .l. metũ .§. cũ aũt. ⁊ interdicta oĩa. vt .ff. de interdic .l.j.§. interdi. ⁊ ille q rem illã possidebat causa futuri istius iudicij mutãdi alienauit in aliũ forte potentiorẽ. mutãdi dico quãtum ad se: ⁊ ꝙ ab alio suscipiatur cui aliena uit: nam rem vult habere/ sed litem ad alium transfert vt molestum aduersarium pro se subijciat. habes contra illum alienantem actionem in factum ẽ a pretore. p quam tuũ interesse cõsequeris reseruata tibi rei vendicatiõe: vel alia reali contra possessorem. cum possessio subijciat aduersarium/ actioni in rem. vt .ff. eo .l.j.§.j. ⁊ .l. litem in fin. ⁊ .C. eod. titu .l. vnica. vnde sic forma libel. Ago ego .S. contra .R. qui causa mutandi a se iudicij: talem rem: cuius nomine volebam agere contra ipsum/ alienauit ⁊ dedit Titio/ cum res illa sit ad eum reuersura/ qui Titius est potẽtior ꝙ aduersarius meus .R. vel est alterius prouincie: vel homo malitiosus. Vñ q2 ꝓpter talem alienationem inter

est mea in.xx.ideo illud interesse meum peto ⁊ ad hoc propono ac. in fac.qua descendit ex edicto pretoris. de aliena.in.mutan.cau.fac.ꝙ recte concipiatur libel.dicunt iura preallegata.

## ¶ De actione in factum ex edicto nau. cau. stabu.

I aliquis intrat nauium cū rebus suis/vel cauponā vel stabulū ⁊ de s rebus suis amittat.pretor duabus actiōibus sibi succurrit/quarū vna est in simplū contra nau.cau. stabu.⁊ est ex contractu.vel quasi.Alia ē in duplum: ⁊ est ex quasi maleficio/⁊ vtraqꝫ competit cōtra predictas personas.vt.ff.eo.l.j.in prin.⁊.l.vl.§.hec actio. ¶ In prima sic forma libellū. Ago ego.S.contra.R.nautā/cauponē/vel stabularium/in cuius naue/domo/ vel stabulo res tales amisi. vnde quia res illas non vult restituere.peto interesse meum quod estimo.xx.⁊ ad hoc propono actionem in factum ex edicto nau.cau.stabu.vt re.resti.Qd ita recte concipiatur libelli. dicit.l.ff.eo.l.j.in princi.⁊.l. ⁊ ita.§.hec actio. ¶ In secunda actione que datur in duplum:teneas ea que dixi in Rubrica furti aduersus nau.cau.stabu.

## ¶ De actione in factū ex edicto de his qui deiecerunt vel effuderunt.

SI aliquis deijciat vel effundat ex domo/⁊ sic illud quod deijcitur cadat super aliquem transeuntē/⁊ vestimēta sua vel alie res p hec deteriorate sunt.ille qui damnū passus est hēt actionem in factū ex illo edicto:de his qui deiece.vel effu.cōtra eum ex cuius domo deiectū est.Si autem ex illa deiectione liber homo pereat/dabitur predicta actio contra deijcientē/⁊ erit cōdemnādus in.l.aureis:vt probatur.ff.eo.l.j.§.j.⁊.ff.de act.⁊ obli.l.ex male.§. his quoqꝫ In hoc edicto sic forma libellum.Ago ego.S.contra.R.ex cuius domo in qua ipse habitat/tale quid deiectum vel effusum est/propter quod vestimenta mea ⁊ mee res deteriorate sunt in.xx.vnde illa.xx.mihi prestari peto in duplum/⁊ ad hoc propono actionem in factum ex edicto vtsupra.Quādo autem liber homo fuit peremptus/ita libellus concipiatur. Cōqueror de.S. ex cuius domo quam ipse inhabitat/tale quid fuit deiectum vel effusum/propter quod pater meus mortuus fuit. vnde ab eo quinquaginta aureos mihi prestari peto:⁊ ad hoc propono actionem in factum ex edicto cetera. Si aūt ex illa deiectione vel effusione/corpus liberi hominis lesum sit:concipe sic libellum.Ago contra talem ex cuius domo quam ipse inhabitat:tale quid est effusum vel deiectum/vnde corpus meū lesum est/propter quā lesiones tot expēsas feci: tantum dedi medicis: tot operis carui ⁊ cariturus sum/quas opas estimo.xx.vnde ꝙ omnia predicta mihi prestet:ago contra ipsū.⁊ ad hoc propono ⁊c.Quod recte concipiatur libellus dicunt leges preallegate.

## ¶ De vtili actione pro socio: vel vtili in factū ex edicto de his qui deiecerunt vel effu.

I plures socij in eodē cenaculo habitant: ⁊ vnus forte deiecit vel effu s dit/vnde damnū datū est/⁊ oportuit cōuentos alios soluere/iura soluētibus succurrūt:ꝙ vtili pro socio actiōe possunt ab illo repetere/vel actione in factū ex edicto.de his qui ⁊c.recuperāt qd soluerunt.vnde sic cō

cipe libellum. Conqueror de. M. discipulo vel hospite meo/ qui de domo quã inhabito/ tale quid proiecit / quod damnum dedit Ticio in vestimentis eius vel mercibus in viginti. vnde propterea sum condemnatus in duplum illi Ticio: quod duplum mihi ab hospite meo vel discipulo prestari peto. ⁊ ad hoc ꝓpono actionem in factum ꝛc. Quod ita recte concipiatur libellus probatur. ff. eo. l. si vero. §. cum autem.

## ¶ De actione in factum contra eũ qui aliquid habet appensum ꝛc.

Si aliquis habeat aliquid ita impositum in pariete/ in subgrunda seu domo/ cenaculo vel aliquo edificio/ qđ si caderet posset nocere: datur cõtra eũ hec actio in. x. aureis/ ⁊ competit cuilibet de populo. Et in ea sic forma libel. Ago ego. S. contra. R. qui in ea parte vel loco vnde vulgo iter fit impositum habet/ qđ si caderet damnum dare posset: vnde ipsum in. x. aureis condemnari peto: ⁊ ad hoc propono ac. i fac. ex edicto. ne quis aliquid habeat positum in subgrunda ꝛc. ꝙ ita recte concipiatur libellus probatur. ff. de his qui deie. vel effu. l. si vero. §. pretor.

## ¶ De actione in factum que datur contra agri mensorem.

Si agrimensor dolo malo renũciat falsum modũ vel plus vel minus/ ita ꝙ nocet emptori vel vẽditori/ vel mihi vel tibi in iudicio finium regendorũ ꝛc. datur cõtra eũ hec actio: ⁊ datur ei cuius terra male mẽsurata est ad suum interesse. vñ sic forma libellum. Ago ego. S. cõtra. R. qui male dolo vel lata culpa renunciauit mihi/ cum ipsũ mitterẽ ad mensurandũ iugera vel fines/ renũciauit enim esse. x. iugera ⁊ minora inueni. ⁊ renunciauit fines vsqꝫ ad talem locum tantũ protendi/ qui vlterius ꝓducuntur/ vnde iteresse meum peto quod estimo. x. ⁊ ad hoc ꝓpono actio. in fac. ex edic. si. mẽ. fal. mo. dix. Quod ita recte concipiatur lib. dicit lex. ff. eo. l. iij. §. i.

## ¶ De actione in factũ ex edicto qui intulit mortuum in locũ alienum.

Hec actio cõpetit ei in cuius prediũ corpus aliquod illatũ ẽ mortuũ cõtra sepelientẽ ⁊ eius heredẽ/ vt det preciũ loci: ⁊ stabit ibi mortuꝰ: vel tollat ⁊ auferat ide sepultũ. In hac actiõe sic formatur libellus. Ago ego. S. ꝯtra. R. q in locũ meũ purũ/ talẽ me inuito intulit mortuũ. s. talẽ: vñ aut ipsũ mortuũ remoueat/ aut mihi illius loci p̃ciũ ꝙ estimo. x. prestet/ peto: ⁊ ad hoc ꝓpono actionẽ in fac. ex edicto qui intulit mortuũ in locum alienũ. ꝙ ita recte concipiatur libel. probatur. ff. de religio. ⁊ sumpti. fu. l. is qui.

## ¶ De actione in factum funeraria.

Si aliquis sepellit mortuũ/ ⁊ in eius funus facit impẽsas: pretor ad recupandos sumptus siue expẽsas ab herede defuncti succurrit funerãti p hãc actionẽ. in qua sic forma libellũ. Ago ego. S. ꝯtra. R. a quo peto mihi solui. xx. que expẽdi in funus sui patris/ cuius ẽ heres/ ⁊ ad hoc ꝓpono actionẽ in factũ funerariam. Quod ita recte ꝯcipiat libel. dicit lex. ff. de religio. ⁊ sump. fune. l. si quis sepulchrum. §. p̃tor ait. ⁊ l. at si quis. §. hec actio.

## De actione in factum de loco religioso vendito pro puro &c.

Hec actio cōpetit ei qui habet sepulchrum vel aliquē locū religiosū quē aliquis extraneus vendidit tanq̄ non religiosum: et emptor imponit vel edificium vel aliud in loco illo: vel prohibet dn̄m loci inferre ibi mortuos. ideo consulitur sibi per actionē in factum contra illum vt tollat posita et reddat ad antiquū statum: imo vt prestet interesse/ et etiam loci precium. vt. ff. de religio. l. ossa. §. si locus. et. l. liberi. et. l. is qui. Unde in hac actione sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. qui locum meum religiosum pro puro vendidit Titio: qui in loco eodem edificauit/ vnde mortuos libere inferre non possum/ vel mortuos modo inferre prohibet. vnde vt imposita tollat/ vel mihi meum interesse prestet/ ago contra ipsum. et ad hoc propono actionē in factū. Quod ita recte concipiatur libel. probatur lege preallegata.

## De actione descendente ex iureiurando informiter delato.

Si contētio ē inter me et te de aliqua re quā tu possides et ego dico illā esse meā. sed informit. i. nō ex qua causa. sed tu dicis ad te ptinere: tandē tu mihi deferendo iuramentū, dicis: iura q res ista sit tua: et ego illā tibi restituam. vel econtra ego actor tibi concedo: quo facto non vis restituere et vnde pretor inducit actionem in factum que oritur ex iureiurando delato/ per quam consulitur iuranti q possit rem auocare: sed aliter possessor/ et aliter petitor. nam possessor habet exceptionem contra petitorē. vel actiones si forte possessor a possessione cecidit/ et peruenit ad petitorem. vnde sic forma libellū. Ago ego. S. contra. R. qui cum ab eo rem talem peterem quā dicebam meaz esse/ detulit mihi iusiurandum et iuraui rem illam esse meam/ quā rem mihi tradere recusat. vnde vt tradat mihi et assignet. ago contra illum. et ad hoc propono actionem in factum ex iure iurādo informiter delato descendēte. Quod recte concipiatur libellus/ dicit lex. ff. de iureiu. l. nam et postea. §. vlti. cuz. l. se. et. l. sed et si. poss. per totam. l. Si autez possessor a possess. cecidit et res deuenit ad petitorem qui detulit/ concipiatur ita libellus. Ago contra. S. qui cum rē a me petierit/ quam dicebat suam esse: ipso deferente iuraui. rem illam meam esse. vnde cum a possessione rei illius ceciderim et ad ipsum peruenerit/ rem illam mihi prestari peto. ad hoc propono vt supra. probatur. ff. de iureiuran. l. sed etsi poss. in princi. Et hoc verum est quando possessor iurauit rez suam esse. secus si iurauerit rem petitoris non esse. tunc nullam habeat actionem: sed tantum exceptionem. vt in. l. preallegata.

## De actione in factum ex edicto si mulier ventris noīe cā cal. in pos. esse dicatur.

Hec actio competit heredibus institutis vel ab intestato succedeñ. aduersus vxorem defuncti/ que maliciose et ita per calumniam dicit se eē grauidam a marito mortuo: et ita nomine pueri quem se dicebat gestare in vtero/ petit se immitti in possessionem hereditatis: et datur ad totum interesse contingens heredibus, vt, ff, eo, l. j. in ea sic forma libellum, Ago ego, S, con/

tra talem dominam que finges se grauidam cum non esset: vel esset/ non tamen ex viro suo: per calumniam petijt missionem in bonis Ticij quondam viri sui: et missa fuit/ de quibus bonis percepit quod valet centum: dum et multa de bonis illis diminuta sunt que valent viginti. vnde cum sim heres Ticij: ideo contra predictam dominam ago/ et predicta peto: et ad hoc propono act. in factu ex illo edicto. si mulier ven. no. in poss. per calum. missa esse dicat. probatur. ff. eo. l. i. §. i. et §. competit. et §. fi.

## De actione in factu ex edicto si ventris noie mulier in possessionem missa: dolo malo ea poss. ad aliu translata esse dicatur.

Ec actio competit contra mulierem que postquam missa est in possessione b ventris nomine ipsa possessionem illam in alium transfert. et sic damnificatur heres qui de iure succedere potest: quia ille in quem translata forte bona fide fructus consumit. vel si mala fide est non soluendo. vnde datur actio heredibus et quibuscunque alijs quorum interest ad interesse. et in ea ita concipe libellum. Ago contra dominam. B. que missa in possessionem in bonorum quondam Titij cuius heres sum ex testamento vel ab intestato/ illam possessionem dolo malo ad alium transtulit. vnde interest mea in centum: quod interesse peto: et ad hoc propono actionem in factum vt supra quod ita recte concipiatur libellus: dicit lex. ff. eo. l. j. primo responso.

## De actione in factu ex edicto. Quod falso tutore auctore negociu gestu esse dicetur.

Ec actio competit contra eum qui scit se non esse tutorem gerit tamen b se pro tutore/ alienando res pupilli: et auctoritate prestando et similia faciendo etc. et ideo si damnificetur ex eo qui contraxit/ aget contra illu ad totu interesse suu per actione in factum ex edicto. Quod falso tutore etc. Et in ea sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. qui dices se tutorem pupilli Ticij/ cuius non erat/ immo sciens non esse tutorem/ falso asseruit et dolo malo se esse tutorem. vnde cum ipso et cum dicto pupillo/ eo auctorizante contraxi. vnde cum falso tutore auctore cotractus habitus non teneat/ et me cotraxisse cum vero tutore interest in. xx. ideo illa. xx. peto/ et peto etiam sumptus quos facturus sum in iudicio restitutionis quam minor petit contra me quos estimo. c. solidos. ad hoc propono actionem in factum ex edicto. quod falso tutore etc. probatur. ff. eode. l. j. §. i. et. l. nouissime. et. l. etiam alias. §. pompeius.

## De vtili actione in factu ex edicto quod fal. tuto. aucto. ne ges. esse dicetur.

I pp falsum tutore interpositus danificat ipubes/ pretor ipuberi succurrit vt cotra illu habeat actione vtile in factu ex illo edicto/ quod falso tutore etc. premisso in qua sic forma libellu. Ago ego. S. cotra. R. qui dicens se meu tutore cu no esset in iudicio quod cu Ticio habeba/ pfessus est talia/ propter que damnificatus sum in centum/ vnde illa centum peto. et ad hoc propono actionem in factum vtilem ad exemplum edicti: quod falso tutore etc. Quod ita recte concipiatur libellus dicit lex. ff. eo. l. vlti.

## ¶ De actione in factum ex edicto. si quis demissa causa testamenti &c.

Hec actio cōpetit contra heredē institutū / nolentē adire hereditatē ex testamento: sed ab intestato: vt p hoc possit legatarios eo q̄ eis relictū est in testamento. priuare. & competit legatariis & fideicōmissis / quibus succurrit pretor: contra illum qui hereditatem illam ex causa testamenti omisit. vt perinde consequantur ab eo / ac si hereditas ex testamento addita. foret. vnde in actione ista sic forma libellū. Ago ego. S. cōtra. R. qui cū fuisset heres institutus a Titio / qui mihi in testamento. xx. reliquit: in fraudē legatariorum hereditatem illam omisit: & ab intestato possidet. vnde ac si ex testamēto adiisset / peto mihi legatum prestari ab eo: & ad hoc propono actionē in fac. descēden. ex edic. si quis omissa cau. te. Quod ita recte concipiatur libellus / probatur. ff. eo. l. j. & l. de libertatibus. §. heredes.

## ¶ De actione in factum ex edicto. de publicanis.

Si publicāi q & exactores tributorū appellanf / exigūt vltra debitū: siue colligāt collectā / siue quodcūq̄ publicū gerāt officiū: ptor cōtra eos actionem in factum ex edicto de publicanis induxit. per quā cōpellit publican⁹ restituere in duplū infra annum & post annum in simplum ei a quo exegit. vñ in hoc edicto sic forma libellū. Ago contra. R. publicanum dñi imperatoris / vel reipublice / qui nomine publicani sciens me nihil debere: exegit a me. x. vñ illa. x. peto mihi i duple restitui. & ad h̄ ppono act. i fcm̄ ex edicto d̄ publica. Q̄ ō ita recte cōcipiaf / dicit. l. ff. de publi. l. j. & l. sed hi. §. pterea.

## ¶ De actione in fac. ex edicto de liberali causa.

Si aliquis liber patif se venundari ad preciū participandū. & sic ōibus illis cōcurrētibus. scilicet q̄ sic maior. xx. annorum. & q̄ sciat se esse liberum. & q̄ habeat partem precij: & q̄ vendatur alicui ignoranti cōditionē eius: liber seruus efficitur. alioquin si ista nō interueniūt / vel aliqd defiijt ille qui patitur se venūdari. bene potest reuocare vel proclamare in libertatē. & sic venditio irritatur. vnde petor succurrit emptori per edictuz suum: & dat sibi actionem in factum contra illum qui modo proclamat in duplum & infra annum. in qua sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. qui sciens se liberum / se ad precium participandum venundari passus est a Titio / mihi ignoranti conditionem suam: & credenti eum seruum esse: & ipse postea ad libertatem proclamauit & obtinuit. cum omnia ea que debuerunt interuenire non interuenerunt. vnde cum pro emptione ipsius mihi absint. c. ideo illa centum in duplum solui peto / & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de liberali causa. Quod ita recte concipiatur libellus. dicit. l. ff. de libera. cau. l. recitissime. & l. in tantum. & l. vel obligatus.

## ¶ De actione in factum ex edicto de bo. aucto. iudi. possi.

Hec actio cōpetit contra missum in possessionem in actiōe personali: qui cū colligit fructus vel rē/ facit deteriorē: qa tenet ad fruct⁹ ꝛ interesse: ille enim tanq̄ custos nō debet fructus colligere. vt.ff.vt in pos. lega.l.pe.in hoc edicto sic forma libellum. Ago ego.S.contra.R. qui cum missus esset in possessionem talis predij mei vel domus/ vel rerum mearum: fructus tot ex illis rebus percepit/ vel res deteriores fecit.vnde vt fructus illos mihi restituat/ vel damnum datum resartiat: ago cōtra illū: ꝛ ad hoc propono actionē in factum ex edicto pretoris de bonis aucto.iudi.poss. Quod ita recte conci. li.dicit.l.ff.eo.l.pretor ait.primo responsio.

## De actione in factum ex eodem edicto pro expensis recuperandis.

Si creditor qui immissus est in possessionē rerum mearū causa rei ser-
s uande: fecit expēsas in rebus illis recuperat illas a me per actionē in factū ex edicto de bo.aucto.iudi.possiden. p expensis recuperādis.ꝛ in ea sic forma li. Ago ego.S.contra.R.qui cum fuissem missus in possessionem bonorum eius/ vel rei talis ex causa contumacie eius/ vel alia causa: expendi in rebus illis.c.quas expensas mihi restitui peto: ꝛ ad hoc propono ꝛc. probatur.ff.eo.l.pretor.§.quod autem.

## De actione in factum ex edicto si quis testamento liber esse iussus fuerit.

Hoc edictum competit contra seruum qui in testamento iussus est liber esse/ surripientem aliquid de bonis hereditarijs post mortem domini ante aditam hereditatem/ ꝛ heredibus competit.vnde sic forma libellū. Ago ego.S.contra.R.qui cum in testamento Titij quondam domini sui/ relicta esset sibi pure libertas.cui Titio ego successi.quia me in illo testamento heredem instituit. post mortem ipsius Titij ante aditam hereditatem res tales subtraxit: vel damnum in rebus hereditarijs dedit: dolo vel lata culpa/ me sciente illum res illas subtrahere/ vel damnum dare. vnde ipsum in duplum mihi condemnari peto: ꝛ ad hoc propono ac.in fac. ex edic.pretoris. si quis testamento ꝛc. Quod ita recte conci.li.dicit.l.ff.eo.l.j.responso.i.§.itaq̄.ꝛ.§. non tamen.ꝛ.l.pe.

## De actione in fac.ex edicto cuius dolo malo damnum in turba esse dicitur.

Si turba coadunata damnum dat alicui/ pretor dat actionem in fac.
s damnum passo/ contra illum qui damnum dedit: infra annum vtiles in duplum.post in simplum.vt.ff.vi bo.rap.l.pretor.in prin. ꝛ in ea sic forma libellum. Ago ego.S.contra.R. cuius dolo malo in turba damnum datum est mihi in centum/ vel tantum amisi: vel talia scissa sunt vel fracta vel rupta.vnde illud in quo damnum passus sum/ vel ea que amisi ꝛc.in duplū mihi emendari peto: ꝛ ad hoc propono actionem vt.s.Quod ita recte concipiatur dicit.l.ff.vi bono.rapto.l.pretor: primo responso.

## De actiōe in factū ex edicto de ince.rui naufragio

Si orto incendio/ ruina/ vel naufragio iminentē aliqui res aliquas surripiunt dolo malo/ vel damnum dant. idem est in arte nauis expugnata. ideo pretor contra predictos actionem in factū inducit: per quā tenentur infra annum vtilem in quadruplum. et post annum in simplum. vt. ff. de incē. rui. nau. l. j. §. j. vnde in ea sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. qui dolo malo recepit vel rapuit res tales: vel i eis damnum dedit quādo domus mea passa fuit incendium / vel ruinam: vel quando nauis mea fuit passa naufragium/ vel fuit expugnata. vnde in quadruplum eum mihi condemnari peto: et ad hoc propono act. in fac. vt. s. Quod ita recte conci. li. dicit. l. preall.

## De actiōe i factū ex edicto d sepulchro violato.

Si quis sepulchrū violat/ vel spoliando mortuū: sicut de facto vidi. vel amouendo aliqd de sepulchro: siue illud esset illi affixum siue nō. ptor contra illum actionem in factum inducit vsqz ad. c. aureos: per quā si ille agit cuius interest / puta agnatus vel cognatus vel heres / consequitur totum interesse quantumcunqz sit. vt. de sepul. vio. l. pretor. §. qui de sepul. In ista actione ita concipitur libellus. Ago ego. S. cōtra. R. qui dolo malo violauit sepulchrum tale: puta spolians mortuū ibi sepultum: vel lapides seu statuas remouendo. vnde cum ex tali violatione sit illata iniuria mihi et defuncto: et damnum dedit tantum/ et tantū asportauit: que omnia et facta nō eēnt interest mea in. c. aureis. vnde illud interesse peto: et ad hoc propono actionē. vt. s. Quod ita rec. conci. li. dicunt. ll. predi.

## De damno infecto.

Si edificiū alicuius tui vicini minat ruinā edificio tuo vel predio: poteris a domino edificij minatam ruinam petere/ qd tibi caueat seu pmittat nomine dāni infecti: que stipulatio continebit totū interesse illius vicini/ si forte postea damnū ex illo ruinoso edificio contingat. vt. ff. eo. in hac stipulatione. et. l. sed et si cōdicere. et. l. damni infecti stipula. vnde sic forma libellum. Ago ego. S. contra. R. quia edificium suum minatur ruinam edificio meo: vel cum habeat edificium ruinosum iuxta edificiū meū. et posset de facili mihi damnū cōtingere/ qd mihi caueat noie damni infecti vel satisdet: et ad hoc propono officium iudicis. Quod ita concipiatur libellus: dicit. l. ff. eo. l. j. et. l. pretor ait. §. j. et. ff. de preto. stipu. l. j. et institu. de diui. stip.

## De legato prestando.

Si legatū tibi relinquitur in testamento vel codicillis: et heres adijt hereditatē/ sed relegatā prestare non vult. poteris agere contra heredē per officium iudicis: vt pro legato prestando tibi caueat/ siue puro/ siue condictionaliter relicto suo in diem. qd si ita satisdare noluerit/ iudex mittet te in possessionem rerum hereditatis. vt. ff. lega. no. ca. l. j. et. l. etiam. Libellus autem concipitur sic. Conqueror ego. S. de. M. qd cū sit institutus heres in testamento talis. et mihi res talis a testatore sit legata: et hereditatem ademinit/ et mihi satisdare noluit: peto vt mihi satisdet de re legata prestanda/ et hoc peto fieri per officium vestrum domine iudex. Quod ita recte cōcipiatur libellus: dicunt. ll. preall.

## Explicit tractatus de edictis.

## Incipit quarta pars huius summe et proemium in tractatū de actionibus ciuilibus.

Postq̄ deo auctore tractatum omnium edictorum ad metam duximus peroptatam: restat vt ad portum ciuilium actionem nauigemus. vt ibi remos ad inuicem colligentes / vice istius quarte particule dicere valeamus: hic teneat edictorum ancora. verum quia in arbore actionum rei vendicatio inter ciuiles obtinet primuȝ locum: ab ea feliciter incboemus.

## De rei vendicatione.

Si quis possideat seu teneat reȝ aliquā / cuius rei dicis ad te pertinere dominiū / et eā vis ab eo recuperare: rei vēdicationē intētabis. vt. ff. de rei vēdi. l. j. et. l. in rē. et insti. de acti. §. j. In hac actiōe sic forma li. Ego ego. S. cōtra. R. q tenet domū talem / sitā in tali loco: cuius fines sunt tales quam domum dico ad me pertinere iure dominij. vnde peto domum istā mihi restitui cum fructibus inde perceptis et percipiēdis. et ad hoc pono act. rei vendicationis. Quod ita recte concipiatur. dicit. l. ff. de rei vendica. l. in rem actio. et. ll. preall. et latius de hac materia in arte. di. vj.

## De actione confessoria in rem.

Si alicui seruitus debeat: et postea īpediat vti seruitute illa: habȝ actiōeȝ in rē cōfessoriā / p quā poterit seruitutē vēdicare / siue sit seruitus rustica siue vrbana. ff. si seru. ven. l. j. et. ij. §. j. in hac actiōe ita cōcipe li. Ego cōtra talē qui me prohibet ire / agere per talē fundū positū in tali loco / cuius confines sunt tales: p quē fundū dico mihi ius esse eundi agendi. vnde ne me prohibeat: ago contra illū: et ad hoc ꝓpono confessoriā. Ita etiā ꝯcipit libellus qñ debet seruitus vie seu itineris. Si autem debeatur seruitus āqueductus: dicas in libello. Ego contra talem qui me prohibet ducere aquam per fundū suū positū in tali loco cuius fines sunt tales. per quem fundum mihi est ius aquam ducere. vnde ne me ꝓhibeat: ago vt. s. Eodē modo concipitur in alijs seruitutibus. et notatur de hoc in arte. et. dist.

## De actione negatoria.

Si aliquis vult vti seruitute in fundo alterius. puta vie / itineris actus / aqueductus: vel in domo mittere tigna vel auertere stillicidium: vt cadat in domo vel area eius vel vti alijs seruitutibꝰ / q̄ multe sunt. vt. ff. de seru. vrba. pre. l. j. et. ff. si seruitus vendi. l. ij. et ideo vt talis seruitus depellat: ꝓdita est de iure ciuili actio quedam in rem / que vocatur negatoria: q̄ datur domino predij seu domus / cōtra illuȝ qui seruitute predij seu domus vti velit. ad hoc vt seruitus illa non imponatur. et sicut datur prima pro seruitute querenda que vocatur confessoria. ita et ista datur pro seruitute depellenda: et vocatur negatoria: et de his duabus seruitutibus tractatur. ff. si serui. vendi. in rub. et per totum ti. et institu. de acti. §. ij. in hac actione sic forma libellum. Ego contra talem cui cum non sit ius eundi per fundum meum: peto ipsuȝ prohiberi / ne amodo vtatur via. et ad hoc propono negatoriam. Quod recte concipiatur. dicit. l. ff. si serui. vendi. l. ij. et. l. loci. §. competit. Vel aliter. Ego contra talem / dicens ipsum non habere ius vtendi / fruendi / eundi per fundum meum:

vel habitandi in domo mea/ vel tignum immitendi in parietes. vnde ipsu3 prohiberi peto/ ne vtatur/ fruatur: vel ne eat per fundum meum. vel ne habitet in domo mea. vel ne immittat tignum in parietem meam. ꝛ ad hoc propono negatoriam actionem. probatur. ff. si vsufr. pe. l. vti frui. primo responso.

## ¶ De actione in rez preiudiciali qua queritur an quis habeat filium in potestate.

Si filius tuus natus ex te ꝛ vxore tua/ quem non emancipasti. te patrē ꝛ tibi obedire recusat/ ꝛ exhibere reuerentiam filialem: habes contra eum actionem in rem preiudicialem/ per quam ipsum in potestatē tuā vendicabis. ꝛ in hac sic forma libellum. Ego contra talem: qui cum sit filius meus/ ꝛ in potestate mea: mihi denegat exhibere reuerentiam filialem. vnde ipm in ptātē meā vendico actione in rē preiudiciali. Quod sic ꝯcipiatur libellus: dicit. l. ff. de rei ven. l. j. §. i. ¶ Eodē mō cōcipiet abbas ꝯtra monachū/ vel prior ꝯtra canonicū regularē: vt dicat. Ego contra talē: qui cū sit monachus vel canonicus illius monasterij vel ecclesie cuius su3 abbas vel prior/ mihi vt suo prelato obedire recusat. vñ ipsum in meam ptātē peto vtili ꝑiudiciali i rē/ adiecta cā de iure canonū. Quod ita recte concipiatur libellus/ dicit. l. predicto. ¶ Eodē mō cōcipiet libellū dominus contra vasallū: si petit reuerentia3 siue obedientiā debitam exhibere adiecta cā de iure feudorum. ¶ Si autem aliquis filium tuum detineat volentem vel inuitum: dices. Ego cōtra. R. qui filium meū qui est in mea potestate detinet. vnde ipsu3 filiū meum vendico adiecta causa quiritum. probatur hoc. ff. de rei ven. l. i.

## ¶ De actione in rem preiudiciali per quam dominus vendicat seruum.

Si seruus tuus gerat se ꝓ libero: ꝛ tibi domino obedire recusat: habes contra eum in rem actionem preiudicialē/ ꝑ quā ipsu3 in tuā potestatē ꝛ dominiū vendicabis. vt. ff. de rei ven. l. j. ꝛ insti. de act. §. ꝑiudiciales. ꝛ in hac actiōe sic forma libellū. Ego cōtra talē qui cū sit seruus meus/ tamē liber se gerit: ꝛ mihi dño obedire recusat. vnde peto ipsum in seruitutē meam subijci: ꝛ mihi vt dño suo obediat. probatur iuribus preall.

## ¶ De actione in rem preiudiciali contraria.

Contingit sepe ꝙ seruus ꝓclamat de possessione seruitutis in libertatem vel ascripticius/ vel censitus. vel vasallus tuus dicit se ex toto liberu3: nec debere tibi in aliquo respōdere. ideo videamus q̄ actio sibi cōpetat: ꝛ certe datur eis cōtraria preiudicialis in rem/ quod ita probo. Certum est ꝙ dominus cōtra illos habet actionē in rē ꝑiudicialē de qua diximus. s. ꝛ sicut domino datur directa in rē: ita istis debet dari ꝯtraria in rē/ cū eadē sit cā ligandi ꝛ soluendi ducta in contrariū. vt. ff. de ver. ob. inter stipulantē. §. sacrā. vnde sic forma libel. Ego cōtra talē: q cū sim in possessione libertatis/ vel cū sim liber: ipe me īpedit ꝛ statū meū diffamat/ dicēdo me suum seruū esse. vnde me ipsum in libertatē vēdico/ ꝛ ne amodo me in libertate īpediat: nec statū meum diffamet: ago cōtra eū ꝓponēs cōtrariā actionē in re3 preiudi. In ascripticio vel cēsito formabis ita libellum. Ego contra talem qui dicit me ascripticium

vel censitum suum esse/cum sim liber et ingenuus. vnde meipsum in ingenuitatem et libertatem vendico: et ad hoc propono contrariam acti. in rem etc. Quod ita recte conci. li. patet per ea que .s. in prin. notaui.

## De petitione hereditatis.

Contingit quod aliquo decedente/ aliquis sibi succedit ex testamento vel ab intestato. quia proximior est. et isti succedenti de iure ciuili/ competit directa hereditatis petitio/ que ipsa ciuilis est. vt. ff. de pe. here. l. item veniunt. §. pridie. et ff de rei vendi. ij. nam succedenti de iure pretorio/ alie petitionis hereditatis competunt. s. possessoria et fideicommissaria de quibus .s. in tractatu pretoriarum. in specialibus Rubricis diximus. in actione autem ista sic forma li. Ago contra T. qui possidet seu tenet hereditatem Lucij titij/ seu bona que fuerunt Lucij Titij: cui Titio ex testamento vel ab intestato tanquam proximior successi. vnde quod ipsam hereditatem seu bona restituat/ ago contra ipsum: et ad hoc propono petitionem hereditatis. Quod ita concipiatur li. probatur. ff. l. j. ij. et iij. nec credat aliquis quod in eodem libello ponat vtrumque. s. ex testamento vel ab intestato. quia hoc esse non potest. vt. C. de codicil. l. vlti. sed alteram tantum causa tamen breuitatis in libello vtraque comprehenditur. Et nota quod de materia ista tractatur abundantius in arte. j. et ij. di.

## De actione finium regundorum.

Si habentes confinia/ questiones inter se mouent et faciunt/ siue quia vnus de finibus alterius occupat/ siue quia non patitur vicinum fines imponere/ siue quia exarauit fines/ vel remouit in totum vel in partem: subuenitur ei per actionem finium regundorum: vt. ff. e. l. j. et l. sed et loci. §. sed et si quis. in hac actione sic forma li. Ago contra talem/ qui me volentem ponere fines inter predium meum et suum: que sunt confinia me prohibuit. vnde quod comodius finibus distinguatur/ et ne prohibeat me volentem fines distinguere/ ago contra eum: et propono acti. fi. regu. Quod sic recte concipiatur li. probatur. ff. eo. l. 4. et insti. de offi. iu. §. finium regundorum. Et nota quod de materia ista liberius tractatur in arte di. vj.

## De actione familie herciscunde.

Si heredes qui succedunt/ vel ex testamento vel ab intestato volunt hereditatem diuidere: vel omnes vel aliquis vnus. vt. ff. e. l. ij. §. dubitandum quia nemo inuitus detinetur in comione. vt. C. comi diui. l. vlti. et ideo inuenta est hec actio. fa. her. vt heredes volentes a comione recedant vel discedant. vt. ff. fa. her. l. j in hac actione concipiet actor ita libellum. Ago ego. S. contra te coheredem meum vt hereditatem Titij/ que inter nos est comis diuidamus: cui titio ab intestato vel ex testamento successimus: ad hoc propono ac. fa. her. Uel sic. Ago contra Titium/ qui cum sit coheres meus in hereditate Sei/ cui ex testamento successimus/ vel ab intestato ipsam hereditatem non vult mecum diuidere: vel in ea diuidenda secum conuenire seu concordare non possum vnde hereditatem illam diuidi peto. propono actio. a. her. Quod ita recte concipiatur li. dicit. l. ff. fa. her. l. j. et insti. de offi. iudi. §. fami. hercis.

## De actione comuni diuidundo.

Si rem aliquam habes cum aliquo comem/ siue ex societate subandi contracta/ siue ex alia causa puta ex societate incidenti/ vel quia tibi et illi res illa est legata vel alio modo est communis: et vis a comione discede

re:ꝛ rem illam pro parte diuisa possidere. competit tibi communi diuidundo actio.ff.eo.l.j.ꝛ.ij.vnde sic forma libellum. Ago contra Titium/ cum quo habeo rem talem cōmunem:quam volo secum diuidere. vnde eam diuidi peto:ꝛ propono actionem communi diuidundo. Quod ita recte conci.li.dicit.l.inst. de offi.iu.§.eo quoqꝫ.ꝛ.ff.eo.l.j.ꝛ.ij.

## ¶ De certi conditione generalissima.

Hec actio competit quotiens aliquid certum petitur ex omni obligatione ꝛ omni causa/ ex omni contractu:siue certo siue incerto:siue ex causa legati/ siue ex.l.aquil.siue ex cā furtiua/ siue ex sena.consul.certuꝫ qd debeat restitui:ꝛ vt breuiter dicam/ ex omnibus cōtractibus competit ꝛ ex omnibus causis/ ex quibus certe petit. vt probantur hec.ff.si cer. pe.l.certi condi.§.j.ꝛ §.competit. ꝛ.§.sed etsi ex senatus.ꝛ.§. qñ igitur. in hac actione sic forma li. Ago contra talem/ a quo peto centum:que debet:quia promisit mihi/ vel ex tali causa/ vel vt det mihi domum talem/ cuius fines sunt tales. quam domum vendidit mihi: vel vt det mihi centum legata sunt mihi in testamento Titij cui Titio ipse successit:vel vt det mihi centum/ que dare debet/ quia damnum mihi dedit in re tali:quod damnum centum estimo. vnde predictam quantitatem seu rem peto ꝛ propono certi condi.genera. Quod ita recte concipiat libellus/ probatur per.ll.preall.

## ¶ De certi conditione ex stipulatione.

Si aliquis rem certam mihi promisit/ tenetur mihi ad illam rem redden dam certi conditione ex stipulatu.vt insti.de ver.obli.in prin.ꝛ.ff.si cer. pe.l.si quis certum.in hac actione sic forma lib. Ago cōtra talem qui mihi interroganti promisit se daturum mihi.x.lib. Bonoñ. pro codice quem scripsi sibi.vel pro patrocinio quod sibi in causa tali prestiti. vnde vt mihi det ꝛ soluat illas.x.lib.Bonoñ.ago contra ipsum/ propones certi.condi. ex stipulatu. Quod sic recte concipiatur dicunt iura preall.

## ¶ De certi conditione ex mutuo.

Si alicui mutuasti pecuniam/ vel illud quod continetur pondere vel mēsura:tenetur tibi restituere illud certi conditione ex mutuo. vt.ff.si cer. pe.l.j.ꝛ.ij.instit.qui mo.re.contra.ob.in prin. ꝛ in ea sic forma li. Ago contra talem:a quo peto.x.lib.Bonoñ.vel.x.amphoras vini:vel.x.marchas auri quas sibi mutuaui.vnde ꝙ predictas mihi soluat/ ago cōtra ipsum:ꝛ propono certi.condi.ex mutuo.probatur.ff.de triti.l.j.

## ¶ De conditione triticaria.

Sicut prima conditio est generalis:sic est alia generalis/ q̄ vocat triticaria a Triticio eius auctore. forte triticaria p quā petit ols res siue sit certa siue incerta/ siue corporalis/ siue incorporalis excipitur sola petita mutuata.vt.ff.de triti.l.j. ꝛ in ea sic forma li. Ago contra talem: a quo peto rem talem:puta equum talem.ꝛ sic pro re certa : vel peto equum.ꝛ ita in genere:ꝛ sic pro re incerta.quem equum mihi debet ex tali causa:puta quia promisit.vel adijcies aliam causam . vnde ꝙ predictum equum mihi soluat/ ago contra ipsum:ꝛ propono con.triti.probat hoc.ff.eo.l.j.Et nota ꝙ de hoc plenius notatur in arte distin.v.

## De conditione ob causam vel causa data: causa non sequuta.

Si tu das aliqd alicui ppter aliquã causam: & causa illa non sit sequuta repetere poteris qd dedisti p conditionem ob causam. vt. ff. de condi. ob turp. cau. l. j. vñ sic forma li. Ago cõtra talẽ cui dedi. x. vt seruũ ma numitteret: quod cũ non fecerit/ decem que dedi: peto mihi restitui: & propono condi. ob causam. Quod ita recte conci. li. probatur. ff. de condi. cau. data cau. non se. l. dedi. & l. si pecuniam.

## De conditione ad turpem causam.

Si aliquid datur alicui ob turpem causam/ interueniẽte turpitudine ex parte accipiẽtis: & tunc solutũ repetitur condi. ob tur. cau. vt. ff. eo. l. j. §. vlt. & in ea sic forma lib. Ago contra Titium/ cui dedi decem: ne me occideret. vel ne tale maleficium cõmitteret. vnde illa. x. repeto: & propono conditionem ob turpem cau. probatur hoc. ff. eo. l. j.

## De conditione sine causa.

Contingit aliquando/ q nulla causa precedente quis pmittit alicui. x. vt credens se teneri ad illa. x. soluit illa. vel forte causa aliqua iusta precedente tenebaris ad illa decem causa facta iniusta: vt habes in fullone exemplum. vt. ff. de condi. sine cau. l. ij. in omnibus istis casibus succurritur obligato seu soluenti: vt obligationem vel solutum per conditionem sine causa cõdicat. vt. ff. de condi. sine causa. l. nihil. & l. qui sine causa. & in ea sic forma libellum. Ago contra talem/ cui sine causa solui. xx. lib. vel ex iniusta causa/ vel qa causa sequuta non est/ vel facta est iniusta. vnde illa. xx. soluta repeto & propono conditi. sine causa. probatur. ff. eo. l. j. & l. qui sine. Vel sic. Ago contra talem/ cui sine causa promisi decem. vnde illam obligationem condico/ vel sic q debeat me ab illa obligatione liberare: ago contra ipm/ & propono &c. Qd ita recte concipiatur libel. probatur per iura preall.

## De conditione indebiti.

Si aliquis soluat quid indebitum/ succurritur soluenti: quia post solutus repetere per conditionem indebiti. Et dicitur indebitum tribus modis/ de quo latius in arte. in hac autem actione sic forma libellum. Ago contra talem: cui credens me debere. xx. solui cum non deberem. vnde illa. xx. soluta sibi ab eo repeto: & propono conditionem indebiti. Quod sic rec. concipiatur li. probatur. ff. eo. l. j. & ij. & fere per totum.

## De conditione furtiua.

Si aliquis aliquã rẽ mobilẽ p furtũ surripit/ habes ctra furẽ cõditionẽ furtiuã: per quã tenebit restituere illã. l qua sic forma li. Ago ego. S. P. R. q mihi surripuit codicẽ meũ. vñ ipm codicẽ a ipo cõdico: & ppono cõdi. furti. Quod sic recte concipi. li. probatur. ff. eo. l. j. & l. cum ex causa.

## De conditione ex lege.

Est talis conditio que vocat cõditio ex lege quotiẽs per legẽ iducit obligatio: & nõ est cautum eadem lege quo genere actionis agatur. vt. ff. de

cōdi. ex lege. l. i. vnde si mihi donasti rem aliquā/ et eam mihi nō tradis: agam sic. Ego contra Titium/ qui mihi rem talē donauit. vnde quod eam mihi tradat: ppono condi. ex lege. vt. C. de donat. l. si quis argentum. et insti. de ac. §. alie.

## De actione exhibendum.

Si aliquis rem tuam mobilem possīdeat: vel si tua non est: ius tamē habes in ea/ vel alias tua interest: et sic vis eas vendicare: vel alio modo. pro re illa agere potes acti. ad exhiben. per quā actionem exhibebit tibi reus rē illā: vt habeas copiam rei vidende/ palpande/ tangēde et cognoscēde. que exhibitio fiet corā iudice. vt. ff. eo. l. j. et. ij. vnde in hac actiōe sic forma lib. Ego cōtra talem qui rem talem possidet siue tenet quā dico meā esse/ vel mihi obligatā p. x. a tali. vel quia vsufructū in ea habeo. vñ rem illam ab eo exhiberi peto: et propono actionem ad exhibendum. Quod ita recte cōcipiatur libellus probatur. ff. eo. in hac actione. §. iij. ideo dico rem talem: vt designet signa. Item ideo pono multas causas/ quia potest tua multipliciter interesse: vnam causam tamen prosequaris.

## De actione ex empto.

Si rem aliquā emisti ab aliquo/ tibi emptori competit actio contra venditorē: vt vel rē tradat vel tibi interesse pstet: et vocatur actio ista ex empto. vt. ff. de act. emp. et vēdi. l. j. et. l. ex empto in pri. et in ea sic forma li. Ego cōtra talē/ qui vēdidit mihi rem talem p. x. vnde quod rem illam tradat mihi: et portiorē me in possessione faciat: vel vt īteresse meū qd estimo. xx. prestet/ ago contra ipsum: et propono actionē ex empto. Quod ita recte concipiatur libel. dicit. l. ff. de acti. emptio. l. i. et. C. eo. si traditio.

## De actione ex vendito.

Sicut emptori p pcedentē actionē iura succurrūt: sic et vēditori subueniū per actionē ex vēdito ad preciū petendū ab emptore. vt. ff. de acti. em. l. iuli. §. ex vēdito. et in ea sic forma libellū. Ego ꝯ Titiū/ cui vēdidi equū/ vel librū/ vel domū pro decē. vñ vt soluat mihi illa decē/ ago cōtra eū: et propono actionē ex vēdito. Quod sic debeat ꝯcipi libellus dicūt. ll. pallegate. Et nota quod de materia istarū duarum actionum tractatur in arte. l. dis.

## De actione ex conducto.

Si colonus vel inquilinus conducit domum vel predium: et locator nō vult rem locatam tradere. vel esto quod tradat: nō vult cetera prestare ad que tenetur. ideo prodita est actio ex conducto/ que datur conductori contra locatorem. vt. ff. loca. l. ex conducto. et in ea sic forma libellū. Ego contra Titium a quo conduxi domum talem: vsque ad annum vnum pro decem solidis. quam domum mihi ad habitandū assignare contradicit. vñ quod ipsam domū mihi assignet/ ago cōtra eū: et propono actionē ex ꝯducto. Quod ita recte concipiatur libellus/ dicit. l. preallegata.

## De actione ex locato.

Sicut ex cōducto datur conductori actio/ ita ex locato datur locatori ad mercedē seu pensionē suam petendā. vnde locator sic concipiet libellū. Ego ꝯ. M. cui locaui domū meā p. x. sol. vnde vt illa. x. mihi sol

uat:ago ɔtra ipsũ:⁊ ppono actionẽ ex locato.pbat.ff.locati.l.i.§.i.⁊.l.si i lege. §.si domus.⁊.l.dñs.§.vlt. ¶ Si aũt finitũ esset tẽpus cõdictiõis: ⁊ non vult rẽ restituere:dices sic.Ago ɔtra talẽ:cui cũ locassem domũ meum p.x.vsq ad annũ:⁊ finitũ sit tẽpus ɔductiõis:q illã domũ meã mihi restituat:ppono vt s.probatur.ff.locati.l.videamus.§.qui vinum.⁊.C.eo.l.si quis conductionis.

## ¶ De actione oneris aduersi.

Contingit sepe/ q cõductor recipit in se periculũ rei conducte speciali pacto interueniẽte.alias aũt periculũ si in re locata contingit:respicit locatorẽ:cũ conductor non teneat/ nisi dolo lata ⁊ leui culpa.vt.ff.eo. ex conducto.⁊.ff.comoda.l.si vt certo.§.j.⁊.C.loca.⁊ conduc.l.in iudicio.⁊ iõ contra conductorẽ prodita est actio specialis: que vocatur oneris aduersi.in qua sic forma libellum.Ago cõtra talẽ:qui cũ a me a tale opus puta domũ vel turrim edificandã conduxerit suo periculo:⁊ specialiter oẽs casus ⁊ pericula fuerunt specificata:puta ruine/ casmatis/ icẽdij.⁊c.⁊ inter illud opus casma te vel ruina perierit/ ago contra eũ:⁊ peto interesse meũ quod estimo.xx.i tm̃ interesset mea illud opus non esse peremptũ ⁊ ad hoc propono actionem oneris aduersi.probatur.ff.loca.⁊ conduc.l.in naue.⁊.l.opus.

## ¶ De actione pro socio.

Si aliq faciũt societatẽ inter se:aũt act.pro socio.in q̃ sic forma li.Ago contra talẽ quondã sociũ meũ/ cũ quo societatẽ ɔtraxi omniũ bonorũ/ de qua societate peruenerũt ad eũ res tales.vñ vt illas pro parte mihi debeat cõmunicare/ ago ɔtra illũ ⁊ propono actionẽ pro socio.probat.ff.p socio.l.si qs societatẽ.vel sic.Ago cõtra talem cũ quo habui ⁊ ɔtraxi societatẽ talis rei:ex qua societate tot fructus pcepit:vel tantã pecuniam.vñ vt partem illor vel illius pecunie mihi prestet:ago contra ipsum ⁊ propono actionem pro socio.probatur.ff.cõmuni.diuide.l.j.et.ff.eod.pro socio.§.vl.⁊.l.si actio.⁊.l.cum duobus.§.si quis ex socijs.

## ¶ De actione mandati directa.

Si aliqs mãdat tibi vt eius negocia geras/ ⁊ tu mãdatũ suscipis:teneris sibi actiõe mãdati.in hac actiõe sic forma libellũ.Ago ɔtra Ticiuʒ cui mandaui vt negocia mea gereret:vel equũ vel librũ mihi emeret/ ⁊ ipse mandatum suscipiens/ negocia mea non gessit:vel gessit/ sed male.vñ cuʒ mea interest in.x.ideo illud interesse peto.propono actionẽ mãdati directam. Quod ita recte concipiatur libel.dicit lex.ff.manda.si procuratorẽ.§.mandati actio.⁊.l.si remunerandi.§.j.

## ¶ De actione mandati contraria.

Si aliqs pp̃ter mandatũ sibi iniunctũ aliquas impensas faciat/ hʒ contrariã actionẽ mandati per quã ipensas recuperat.⁊ in ea sic forma libellũ.Ago ɔtra.T.qui cũ mihi mandasset vt domũ sibi p viginti emerem/ ⁊ solui illi.xx.⁊ cum mandasset vt pro eo fideiuberẽ penes talem creditorem in.x.fideiussi ⁊ solui.vnde vt.xx.vel.x.que solui mihi prestet/ ago cõtra ipsum:⁊ ad hoc propono actionẽ manda.contra.Quod sic recte concipiatur libellus probatur.ff.eo.l.si vero non remunerandi.§.contrario.

## ¶ De actione depositi directa.

S | Si aliqua rem deposuisti penes aliquem: habet locum actio depositi ad rem repetendam. vt. ff. eo. l. i. §. i. et inst. qui mo. re. contra. ob. vnde in ea sic forma libellū. Ago cōtra talē penes quē deposui talē rē / cui signa sunt talia. vn̄ vt illā rē mihi restituat: ago ꝯtra eū et ꝓpono actionē depositi directā. Quod recte cōcipiat libel. pbat. ff. eod. l. i. §. i. et §. si rem. et §. si qs aurū.

## De actione depositi contraria.

S | Si vero aliqs in re penes eū deposita / expēsas faciebat: locū habz cōtraria depositi. i qua sic forma lib. Ago cōtra talē q cū deposuisset penes me rē talē puta equū vel seruū. in illo equo vel seruo ipendi. x. vnde vt illa decē mihi restituat vel prestet: ago cōtra ipsum. et ꝓpono actionē depo. cōtra. Quod sic recte cōcipiatur libellus. pbat. ff. eod. l. ei apud quē. et. l. actione.

## De actione tutele.

S | Si aliqs fuit tutor alicuius. pōt cōueniri actione tutele vt reddat rōnē administratiōis et reliqua prestet. in hac sic forma libellū. Ago contra. M. meum olim tutorem: testamētarium legitimum siue datiuuz: vt reddat mihi rationem administrate tutele / per eum vel ab alio. ꝓpono actionē tutele. probatur. ff. de tute. et ratio. dis. l. j. §. j.

## De actione tutele contraria.

S | Sicut ꝯtra tutorē datur actio tutele: ita et ipsi tutori cōpetit contraria pp expēsas quas fecit in administratione illa. vt. ff. de cōtra. tute. in veris de hac ad presens non tracto. quia tractaui supra de actione tute. et pro tute. contra. in tract. primo.

## De actione commodati.

S | Si aliqs cōmodauit rē aliquā mihi vel alicui: tenet eā restituere p actionē cōmoda. in qua sic forma libellū. Ago cōtra Ticiū cui commodaui equū meū vt iret vsq Bononiā. quo cū iuerit et redierit. vnde vt mihi equū meū restituat: ago cōtra ipsum et ꝓpono actionē cōmēdati directā. pbatur. ff. co. l. j. et. l. iij. et institu. quibus mo. re. contra. ob. §. item is cui.

## De actione commodati contraria.

S | Si fecisti expensas in re commodata preter cibaria: poteris recuperare per contrariā cōmodati actionē. in qua sic forma libellum. Ago cōtra Ticiū a quo peto mihi restitui vel solui. xx. noie expen. quas feci i seruo quē mihi cōmodauit. ꝓpono act. cōmo. contra. probatur. ff. eod. l. in rebus. §. possunt. et. l. in cōmodato. §. contrariam.

## De pignoratica actione directa.

Contingit q debitor soluta pecunia creditori: vel alio modo sibi satisfacit. vnde pignus liberatū videtur. propterea datur debitori pignoratitia actio: per quam tenetur creditor sibi restituere pignus. vt. ff. de pig. ac. l. si rem alienam. §. proprie. et. §. omnia. et insti. qui mo. re. cōtra. ob. §. vltim. in hac actione sic forma libel. Ago cōtra Ticiū cui obligaui pignus meum pro. x. lib. quas mihi mutuauit: et quas sibi solui. vn̄ peto vt illud pignus mihi restituat. et propono act. pignorati. probatur. ll. precalle.

## De pignoraticia contraria.

Si creditor fecit expensas in pignore/ dūmodo nō sint maxime nec onerose neqꝫ delicat⁹ debitor/ neqꝫ onerosus creditor audiēdus est.vt.ff.de pig.ac.l.si.seruos.C.de pig.l.in summa.pōt illas recuperare per ɔtrariā pignoraticiā.Jtē ꝛ si decepit debitor creditorē dando es pro auro pignori.vt.ff.eo.l.i.§.vlti.vel dando ei rem alij obligatā/ que non sit suffectura duobus.vt.ff.eo.l.si quis in pignore.vel ponendo alique qui pignus reciperet quasi pecuniā soluturus.vt.ff.eo.l.si quasi.vel si rez alienā dederit pignori.vt.ff.eo.l.tutor.§.contrariam.In hac actione sic forma libel.Ago contra Titium qui mihi obligauit codicem pro.x.qui ē alicuius vel alij obligatus/ ꝛ nō sufficit vtriqꝫ pro debito.vnde vt det mihi aliud pignus eque idoneum propono contrariam pignoraticiam.Quod sic recte concipiatur libel.probatur ar.ff.de consti.pec.l.qui autem.§.penul.

## De actione in factū prescriptis verbis.

Si aliqs ɔtraxit tecū/ ꝛ est in illo ɔtractu pactū appositū in ɔtinēti vel paulopost/ qḋ nō sit stipulatione vallatū:daƚ actio in factum p̄scriptis verbis.in qua sic forma lib.Ago ɔtra Titiū cui cū vēdidissem codicē meū p.x.in ipo ɔtractu in ɔtinēti ɔueni secū ꝙ illū cōmodaret mihi ꝑ exemplari quē codicē cū sibi tradiderim:peto vt illū ad exemplar mihi concedere debeat propono act.in factū prescri.ver.ꝙ ita recte cōci.libel.probatur.ff.de prescri.ver.naturalis.ꝛ.C.de re.permu.l.rebus.ꝛ.l.ex placito.

## De actione prescriptis verbis estimatoria.

Si aliqua res daƚ alicui vendenda pro.x.neqꝫ res neqꝫ.x.reddanƚ: ɔpetit dāti actio p̄scri.ver.estimatoria.p quam aut res aut.x.reddanƚ.vt.ff.de estima ac.l.i.ꝛ in ea sic forma libel.Ago contra.M.cui dedi codicem meum vendendum pro.x.vnde vt illa.x.mihi prestet codicē in corruptum:ago contra illum ꝛ propono ac.in fac.p̄scri.ver.estimatoriam.ꝙ ita recte consitiatur li.dicit lex preallegata.

## De actione prescriptis verbis qua ex permutatione oritur.

Si ɔuentio sit facta de ꝑmutādo codice tuo cū digesto meo:ꝛ ego tradidi tibi digestū meū/ ꝛ tu nō vis tradere codicē/ cōpetit mihi actio p̄scri.ver.ex ꝑmutato vel ex ꝑmutatiōe.vt.ff.e.l.ij.ꝛ.C.eo.l.ex placito.ꝛ in ea sic forma lib.Ago ɔtra.M.q cū ɔuenisset mecū ḋ ꝑmutando codice suo tali vꝫ cū tali digesto meo:ꝛ ego dederim sibi digestum: codicē p̄dictum mihi dare recusat.vñ vt illū codicē mihi det:ago ɔtra ipm ꝛ ꝓpono ac.in fac.prescri.ver.ex ꝑmu.ita cōcipies qñ vis habere codicē.si aūt velles agere ad interesse vt potes/ dicas:vnde quia codicē mihi dare recusat:ago ad interesse meū ꝙ estimo.x.ꝛ propono vt.s.vel si vis repetere digestū/ potes.s.p cōdictionez ob causam.Quod sic concipi.libel.ꝛ ꝙ ista tria auxilia competant dicūt iura.C.eo.ti.l.cum precibus.ꝛ.l.qñ.ꝛ.l.rebus.ꝛ.l.pe.ꝛ vl.ꝛ.ff.eo.l.i.ꝛ.ij.

## De actione in factum generalissima ꝛ subsidiaria.

Hec actio in factū subsidiaria est oium actionum.nam quotiens deficit actio/ ꝛ est equum actionē dari.datur actio in factū subsidiaria.vt.ff.ḋ prescrip.ver.quotiens.Et dicit lex alibi de ista actione:ꝙ hec est illa in factum

cuius tenor i multis ⁊ varijs iuris articulis e admissus.vt.C.de sacrosan.ec. l.sancim⁹. Patet ergo specialiter tradēdo doctrinā de libellis formādis componere nō posse.exempli tamē gr̄e vnicū libellū subijciam. Ego contra talē qui frumentū meū seminauit: vicē vnū corbē.vel plātam meam plātauit:quaē estimo decē.vn̄ vt p̄dicta decē mihi soluat:ago ꝯ ipsum ⁊ ꝑpono actionem in factū.q̄ ita concipiat libellus ꝓbatur.ff.de rei.ven.l.in rem.

## De actione in factū ex re iudicata.

Hec actio daƚ illi pro quo lata est snia: ꝯtra cū aduersus quē est lata.ꝯ qua habes.C.de re.cre.⁊ iureiurā.l.actori.vel alibi vocaƚ actio iudicati.vt.ff.de re iudi.l. si se nō obtulit. ⁊.l.miles.§.x.⁊.§.vl.⁊.C.eo.l.j. Et.in ea sic forma libellū. Ego ꝯ.M.a quo peto decē mihi solui ⁊ dari:in quibus fuit mihi per sniam Titij iudicis condemnatus. propono actionē in factum que oritur ex re iudicata.probatur legibus prealle.

## De actione in factum vel vtili que oritur ex confessione.

Si quis cōfiteaƚ se tibi debere decē siue in iudicio siue extra corā quinq̄ rogatis testibus.ex hac actiōe oriƚ actio in factū.⁊ ideo i factū:qa cōfessus fuit informiter.i.causa non adiecta. ⁊ in ea sic forma libellum. Ego contra.M.a quo peto decē:vel rem certam mihi dari ⁊ solui: que decem fuit confessus in iure/vel extra ius coram rogatis quinq̄ testibus/me presente/se mihi dare debere.⁊ ꝑpono contra eum actionem in factū ex confessiōe. Si autē cōfessus est formiƚ.i.causa adiecta.puta se debere ex causa emptionis vel mutui.i.tunc dabiƚ vtilis ex vendito/vel vtilis certi cōditio ꝯtra illū: sicut daretur directa ex vero ꝯtractu.vt.ff.de interro. ac.l.de etate.§.qui iter rogatus.in qua sic forma libellum. Ego contra.R.a quo peto decē que fuit confessus.vt supra.ex contractu venditionis vel mutuo. vnde propono ꝯtra ipsum vtilem actionem ex venditur. vel vtilem certi conditionem. Quod ita recte concipiatur libelli probatur per iura supra allegata.

## De actione ex stipulatu pro dote.

Hec actio duplex inueniƚ.vna que datur marito ad dotē petēdā a muliere vel eius patre. Alia que daƚ vxori vel heredi ipsius ad repetēdaē dotem soluto matrimonio morte viri vel diuortio.vnde maritus cui dos est promissa sic agit. Ego contra.M. qui promisit se daturum centum in dotem pro tali vxore mea: quam dotem mihi soluere ⁊ dare recusat.vnde q̄ illa centum mihi soluat ⁊ det:ago contra ipsum ⁊ propono actionem ex stipulatu. Quod ita debeat concipi libellus probatur.C.de rei vxo. act.l.vnica.circa principium. Uxor autem sic repetit dotem soluto matrimonio. Ego ego.B.contra.R.⁊.S. heredes mariti mei vt reddant seu soluant vel restituant centum vel domos vel vineas quas inestimatas dedi in dotem quondam marite meo/cum fructibus inde perceptis: propono actionem ex stipulatu. Quod ita recte concipiatur libellus dicit lex eadem.C.de rei vxo. ac.§.exactio.⁊.§.fructibus.⁊ nota.plenius in arte.ij.dist.

## De aqua pluuiali arcenda.

Ec actio competit ꝯtra eũ qui fraudulenter aliquod opus fecit in pro
b prio agro/ ꝓpter qd aqua pluuialis nocere potest predio vicini.ad hoc
vt restituat in pristinũ statum:⁊ damnum contingens post litis conte.
emendetur.⁊ in ea sic formatur libellus. Ago ego. R.contra.S.q tale opus fecit in predio suo propter quod aqua pluuialis damnum dare potest agro meo:vel predio meo nocere potest. vnde opus illud in pristinum statum peto restitui.vel peto illud opus amoueri/⁊ damnum quod post litis contestationem contingit/resarciri peto.pro opere destruendo propono actionem aque pluuia.arcende.pro dãno postea emergente propono officium iudicis. Quod sic recte concipiatur libellus probatur.ff.eo.l.j.§.j.⁊.ij.⁊.§.de eo opere.⁊.§. in summa.⁊.l.si tertius.§.officium.

## De pastu pecoris.

Si aliquis imitat oues seu alia animalia in ꝑdiũ meũ vt depascant fru
s mentũ meũ/vel alios fructus seu glandes.competit mihi contra eum
actio de pastu pecoris.⁊ ita speciali nomine vocatur.vt.ff.de prescrip.
ver.l.qui seruandorũ.§.vltio.in hac actiõe sic forma libellũ.Ago cõtra.M.
qui imisit pecora sua in prediũ meũ/⁊ glandes meas vel frumentũ meũ depasta sunt:vel pauerunt vel comederunt.vnde dãnũ illud quod estimo decez/resarciri mihi peto.⁊ propono actionẽ de pa.peco. Quod sic recte concipiatur libellus probatur.l.precalle.in qua solũmodo de nomine istius actionis fit mẽtio. Et est notandum ꝙ nomine glandis omnes fructus continentur.vt.ff.de glan.le.l.vnica. Similiter nomine pecoris intelligitur de omnibus animalibꝰ que pascuntur.ff.de edi.edic.l.ediles.§.iumentorum.

## De actione ex testamento.

Si alicui reliquantur legata:petit illa actione ex testamento ab heredi-
s bus.in qua sic forma libellum. Ago contra talẽ heredez Ticij qui mihi
in testamento suorũ talem legauit/quam rem mihi dari peto:propono
actionez ex testamento.probat.C.cõmunia de le.l.j.⁊.ff.de le.ij.cum filius.§. varijs. Si autẽ heres fuerit in mora.addes cũ fructibus perceptis ⁊ ꝑcipiendis. Et nota ꝙ de hac actione plenius notatur in arte.iij.di.

## De actione ex stipulatu.

Si aliqs ꝓmittat tibi aliqd incertũ:puta face e domũ vel scribere codi
s cẽ.cõpetit tibi ꝯtra illũ actio ex stipulatu.vt institu.de ob.in prici.⁊.ff.
de verbo.obli.l.vbi autẽ non apparet.§.i.in qua sic forma libellũ. Ago
cũ ⁊ ꝓpono actionẽ ex stipula.ꝓbatur iuribus precallega.

## De actione ex stipulatu arbitraria.

Si aliquis tibi aliquid se daturũ vel facturũ certo loco promittit:com
s petit tibi cõtra eũ actio ex stipulatu arbitraria/seu certi cõdicio ex sti
pulatione arbitraria.⁊ in ea sic forma libellũ. Ago contra. R.qui promisit mihi. G. Neapolis vel Equi.vnde ago contra eum ⁊ propono actionez ex stipulatu arbitrariam:quando res ẽ in certa. Sed si certa res promissa fuerit/dices:propono certi cõdi.ex stipulatu arbitra. Quod ita recte concipiatur libellus:probatur,ff,de eo quod certo lo,l,ij.⁊ per to.

## De actione ex stipulatu ex tẽpore presumpta.

I aliquis soluat aliquid longo tpe.x.annoꝝ inter pñtes ⁊.xx.ãnoꝝ in
s ter absentes:ꝑsumit ꝙ stipulatio ꝑcesserit ⁊ agitur ex stipulatu.de qua
actiõe babes.ff.de vsu.l.cũ de in rẽ verso.⁊ i ea sic forma libel.Ego cõ
tra.R.vt prestet mibi vnũ libraꝫ cere vel piperis ꝓ ãno ꝑterito:⁊ q̊caueat se
soluere in futurũ singulis ãnis/quẽ librã antecessores sui/vt ipi mibi ꝓmise-
runt ⁊ antecessoribus meis annuatim soluere de tali predio qd a me tenet:vel
alia causa p decẽ annos.propouo actionẽ ex stipu.presumpta ex tẽpore.Quod
recte concipiatur dicit lex predicta.

## De actione furti nec manifesti.

I quis rem tuã te inuito mobilẽ cõtractet/tenebitur actione furti nec
s mãifesti.⁊ in ea sic forma libel.Ego cõtra te q talem rẽ/puta equum/
mibi furtiue subtraxit seu me inuito cõtractauit.vnde ipm equuꝫ peto
mibi restitui cũ pena dupli.ꝑpono ac furti nec manifesti/ ⁊ cõditionẽ furtiuã
vidꝫ conditionẽ pro re:⁊ actionẽ furti.⁊.l.in furti ꝓ pena.Quod sic cõcipiat
libel.probatur.ff.co.si pignore.§.cũ furti.⁊.l.in furti actione.

## De actione tigni iniuncti.

I quis tignũ meũ edibus suis iniungi:vel iniunctũ babet:vel possidet
s sine mea voluntate:tenetur ad duplũ.vnde libel.ita formabis.Ego cõ
tra.B.qui tignũ meũ suis edibus contra voluntatẽ meaꝫ iniunxit:vel
iniunctũ edibus suis babet qd tignũ.x.estimo.vnde mibi in duplum ipsum cõ
dẽnari peto ⁊ propono actionẽ de tigno iniuncto.Quod ita recte cõci.libel-
lus probatur.ff.eo.l.i.⁊.ff.de rei ven.l.in rem.§.peñ.

## De actione arborum furtim cesarum.

I quis furtiue inscidit arborẽ alterius/⁊ sic dño arboris dat maximũ
s damnũ/⁊ sibi parũ cõmodi acquirit:datur domino arboris actio que
vocatur arborũ furtum cesarũ.⁊ in bac sic forma libel.Ego contra.T.
qui furtim mibi inscidit arborẽ talem:ex cuius inscisione damnificatus suꝫ in
decem que decẽ mibi in duplũ ab eo prestari peto.ꝑpono actionẽ ar.fur.cesa.
⁊ quia ligna que valent.ij.cõtractauit ⁊c.probantur.ff.arbo.fur.ces.l.j.⁊.ij.
⁊.l.furtim.§.vlti.⁊.l.facienda.⁊.l.penult.

## De actione rerum amotarum

I vxor marito dolo malo:vel causa diuortij:siue vir vxori res furatur
s ⁊ subtrabit:⁊ quia actio furti non competit:licet furtum fiat/sicut in
filia que surripuit res paternas;⁊ actio famosa constante matrimonio
in bonorẽ matrimonij non cõpetit.iõ inuenta est pp res amotas actio specia-
lis que vocatur rerũ amotarũ.in qua sic forma libellũ.Ego ego.S.ꝯtra.M.
vxorẽ meaꝫ que dolo malo amouit res meas de domo mea/vel loco tali/causa
diuortij vel spe mortis.vñ vt res illas mibi restituat.ago contra ipsam ⁊ pro-
pono actionẽ rerũ amotarum ⁊ quando pro sperata morte/dicat:ꝑpono ac.
vtilem re.amo.Quod recte concipiatur libel.probatur.ff.eo.l.i.§.i.⁊.l.si mu-
lier.§.i.⁊.§.vlt.⁊.l.ob res.⁊.C.rerũ amotarum.l.ij.

## De actione de rationibus distrabendis.

s I tutores rem mobilem vel pecuniã pupillis auferunt:⁊ in ꝓprias vtilitates cõtractant:lʒ non aio furandi:tamen prodita ẽ actio specialis ꝯtra eos in duplũ que vocatur de rationibus distrahendis.in qua sic forma libel.Ago contra.T.quondã tutorẽ meũ/qui dũ tutelã meã gereret:durante ipsa tutela/res tales meas vel de onis meis abstulit:vel pecuniã intercepit ⁊ suppressit.vñ res illas in duplũ mihi restitui peto.vel pro rebus illis ipsum mihi in duplũ condẽnari peto:⁊ ad hoc ꝓpono actionẽ de rationi distrahẽ.Quod sic recte concipiatur libel.probatur.ff.eo.l.j.§.de rationibus.⁊.§.considerandũ.⁊.§.in tutela.⁊.§.vlti.⁊.l.ij.⁊.l.si tutor.§.vlti.⁊.l.sed si non dantur.⁊.ff.de contra.tute.acti.l.ij.

## ¶ De actione directa legis acquilie.

s I damnum dedero in rebus tuis corpori meo:competit tibi cõtra me directa actio.l.acquilie in qua sic forma libellum.Ago ego.S.contra.R.qui seruum meum Stichum occidit qui retro infra annuʒ valuit quinquaginta.vnde illa quinquaginta peto ⁊ propono actionem directam.l.acqui.vel q corpore suo in re mea tali:puta domo:vinea:vel bone dedit damnum tale:que res retro infra.xxx.dies valuit.xl.vnde illa quadraginta peto ⁊ ꝓpono ⁊c.⁊ in vtroqꝫ adijcias sic.⁊ si negauerit: peto illum mihi in duplum condemnari.Quod sic recte concipiantur libelli ꝓbat.ff.eo.l.ij.⁊.l.si seruus seruũ.§.huius.⁊.l.inde veratius.§.hec actio.⁊ insti.eo.§.vlti.

## ¶ De actione in factum de pauperie.

s I quadrupes alicuius det tibi damnum/habes contra dominuʒ quadrupedis ac.in factum de pauperie.qua compellit tantum damnum tibi dare:vel dare animal noxe.vt.ff.si quadru.pau.fe.di.l.i.⁊ insti.eo.ti.in hac actione sic forma libell.Ago contra.R.vt emẽdet mihi illud dãnuʒ quod sua quadrupes/forte asinus,vel equus intulit in rebus meis mota naturali feritate:quod damnum estimo viginti.propono actionem in factum de paupe.probatur legibus preallegatis. ¶ Et nota ꝙ de hac actione plenius tractatur in arti.di.iij.⁊.vij.in fi.

## ¶ De actione iniuriarum ex lege cornelia.

s I fuisti ab aliquo pulsatus vel verberatus:vel domus tua fuit introita per vim:competit tibi actio iniuriarũ ciuil.in qua sic for.li.Ago cõtra.R.qui iniuriose ⁊ violenter intrauit domum meam:vel me pulsauit vel verberauit:quam iniuriam nolleʒ sustinere pro.x.vnde in predicta quãtitate illum mihi condemnari peto.propono ac.iniuri.ciuilem ex lege cornelia descendentem.Quod ita concipi.li.probatur.ff.eo.l.lex cornelia.⁊.l.pretor.⁊.l.item apud labeonem.§.ait pretor.

## ¶ De actione in factum contra magistratũ.

s I ille qui gerit magistratum ammonitus vt de tutores pupill.vel curatores minoribus adultis dare negligeret.⁊ sic medio tẽpore pupilli vel minoris dãno afficiuntur.vnde ille magistratus tenetur de toto illo damno.actione in fac.in qua sic forma li.Ago contra.R.q cum gereret ciuitatis mee magistratũ:⁊ fuisset sepius requisitus a Titio amico meo/vt daret mihi tutorem vel curatorem:dare neglexerit vel distulit:vel dedit tutorem

fuit curatorem minus idoneũ: vel nõ exegit satisdationem: vel exegit / sed mi nus idoneã. vñ propterea sum dãnificatus in. x. que. x. ab eo mihi p̃stari et solui peto. et propono ac. in fac. inductã cõtra magistratũ. Quod sic recte conci piatur li. probat. ff. de magistra. conue. l. j. §. si curatores. et. §. sciendum.

## De actione vel accusatione ingrati.

Si libertus ẽ ingratus erga patronũ suũ: vel filius patri reuocat liber tus i seruitutẽ / et filius i ptãtẽ patris p actionẽ vl' accusationẽ igrati. C. de agno. li. l. vnica. et de liber. et eorũ. li. l. j. et. C. de ingra. li. l. vnica. et est actio ista vltima in arbore actionũ. in qua sic forma libell'. Ego cõtra. R. li bertũ meũ q alimẽta mihi denegauit cũ egerẽ. vel talem iniuriã mihi itulit: for te verberauit vel turpia verba mihi dixit: puta latronẽ vel cucurbitã. me voca uit. vnde ipsum in seruitutẽ reuocari peto. et ad hoc propono actionẽ ingrati. Quod ita recte ɔcipiat li. pbat. ff. de procur. l. sed he psone. §. patronus. et. ff. de obs. a. lib. l. p ɔcuratores. Filius aũt sic poterit reuocari a patre. Ego 3. M. filiũ meũ quẽ emãcipaui et ipse extitit mihi ingratus / qr acerbũ cõuictum dixit mihi / vel me verberauit / vel mihi dixit atrocẽ iniuriam. vñ ipm in meam ptãtem reuocari peto: et ad hoc ppono actiões: igrati: vel officiũ iudicis qd me lius est p legẽ. C. de ingrati. libe. l. vnica. Hec de actiõibus de qbus Jo. in ar bore actionum tractauit / exempli et doctrine gratia dixisse sufficiant.

Laus Deo.

## De formandis libellis.

Venerabili et egregio viro magistro Job vener / vtriusq; iuris doctori / serenissimi et excellentissimi principis et dñi domini Ruberti Romanoꝝ regis semp Augusti ɔsiliario Herma nus de Bare i vtroq; licẽtiat' / eiusdẽ serenissimi regis rega lisq; ac imperialis curie humilis referẽdarius et aduocatus ppetu' / obsequiũ et honorẽ. Uere dignũ et iustum arbitror / vt bñficioꝝ gratuitoꝝ mltiformiũ / mihi hacten' a vestra mera liberalitate impensoꝝ semp reminiscar / et aliquod p facultatis exiguo modu lo reddã antidotum / in acceptoꝝ beneficioꝝ memoriam sempiternam. Sane / qͦuis huiusmodi antidotum naturali lege: non solum verbales / gratias / sed et reales remunerationes veluti debitas exigat: tamẽ quia debito oneri impar sum impotens reddere reales: exemplo Oui Nasonis / qui dixisse scribitur. Et quia non poteram munera verba dabam. emitto perobolicas claras grates: quarũ p̃textu duxi certas libelloꝝ nouas sententiarũq; condemnatoriarum formas / libellis cõformes / qbus multi antiqtatũ et nouitatũ casus cãm dede rũt edere secũdũ verbũ vestrũ nouissime mihi factũ / quãdo ɔmeatu accepto / in municipio heidelbergensi de regali curia iter arripui / regrediens ad galli cam vnde venerã regionẽ. Huiusmodi autẽ libelloꝝ atq; sententiaꝝ in foro ciuili vtiliũ formas ex celebris recordationib' dñi. P. Jacobi de Aureliaco le gũ doctoris in monte pessulano / dum viueret / residere soliti / summa post so lẽnium doctorum Roffredi / Joannis de Blanosco / Guillermi de ferrariis / Guillermi durandi / et alioꝝ summi staꝝ ãtiquoꝝ libellãtiũ summas cõpilla latas alicui / et in hanc summulã redegi: redactãq; vestre benignitati pfecta et irreuocabili donatione inter viuos / tenore p̃sentis epistole dono. Supplicãs

quatenus dignemini/ non doni exiguitaté/ sed donatoris affectioné inspicere/ et hoc exiguum munus beniuolo corde/ manuqz breui affabiliter acceptare. Sane/ quãuis vestra mens sapientie fulgoribus illustrata/ sicuti sol/ nõ egeat adiuuari facibus: et superuacuis laboret impédijs/ q ad tale factionis opus frustratoriũ anhelat. tñ aliqñ inutile redditur vtile. vtputa/ si merso solis lumine/ obliuionis chaos ingruat. põt ex huius summule ĩtuitu/ veluti ignis ex silicibus incussũ/ memoriale lumé excuti: quo excusso/ tetra caligo ꝓfugatur: et mens antea obũbrata relucet/ radijs artificialiter repetitis. Itaqz prudétia a deo vobis data sciet et poterit huiusmodi dono/ si casus se offerat/ vti in iudicijs et in scholis.

## ¶ Primus libellus in rei vẽdicatiõis negocio: secũdũ multarũ curiarũ iure scripto et non scripto ꝑmiscue vtentium consuetudinem conceptus.

Coram vobis dño iudice montispessulani ꝓponit in iudicio petrus iacobi actor/ cõtra martinũ reũ/ et ꝯtra quãcũqz personã ꝓ eo in iudicio legittime cõparenté. Et dicit/ ꝙ dictus reus possidet seu detinet/ et facultaté restituédi hꝫ/ quedã fundum situm in territorio de latis/ cõfrontatũ ex vna parte cũ prato deusinada: et ex alia cũ fundo pontu alamãdi/ ĩ flumine lani intermedi. q fundus ꝑtinet ad dictũ actoré iure dominij vel quasi. Unde cum dictus reus, requisitus/ dictũ fundũ restituere cõtradicat/ agit dictus actor contra dictum reum: et petita vobis dicto domino iudice/ vt dictũ fundum ad dictum actoré pertinere/ iure dominij vel quasi/ per vestram sententiã declaretis: et dictũ reũ ad restituendũ dictum fundũ dicto actori/ vna cũ fructibus industrialibus iam perceptis et extantibus/ et qui percipient in futurũ/ de dicto fundo/ ꝑ dictũ reũ ante litur. contesta. et extabũt percepti. Ité cum fructibus ꝑcipiendis/ et q percipi potuerunt/ post litur. contesta. et percepti non sunt/ sententialiter cõdemnetis: et condénatũ ad restituendum iuris remedijs cõpellatis. Petit etiam expensas occasione presentis litis factas: et ꝓtestatur de faciendis suis loco et tempore legittime declarãdis. Implorãs dñe iudex officium vestrum/ in his quibus est/ vel de iure fuerit implorandũ. Et ante omnia petit interrogari dictum reum: an dictum fundum possideat. vel an saltem eius restituendi facultateꝫ habeat. ¶ Probatur libellus per ea que leguntur et no. ff. de rei vendi. l. in rem actio. C. de alie. mu. iudi. l. j. cum cõcorde. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formã proferende exemplũ sequitur: et est tale. Nos berengarius de fabrica/ legũ doctor/ iudex montispessulani/ pro domino sancio illustri rege maioricarum/ notum facimus vniuersis: ꝙ cũ quedam causa/ diu coram nobis inter petrum et martinum ventilata fuisset. Nos quidem anno natiuitatis domi. M. cccc. xl. die vltima mensis martij: et partibus propter hoc hora tertia ꝑ ad audiendam diffinitiuã sententiam assignata: qua die et hora partibus cõparentibus: et sententiã ferri postulãtibus: viso libello. cui⁹ tenore talis est. Coram vobis et c. lite legittime cõtestata: pstitoqz a partibus calumnie iuramento: testibus productis et examinatis: et eorũ attestationibus publicatis: conclusoqz in presenti causa. Sedéte pro tribunali/ more maioricarum/ sacris scripturis positis coram nobis: vt nostrum de

vultu dei prodeat iudicium: In nomine domini/ scilicet patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti amen: Sententiam nostram ferimus in hunc modum.

¶ Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam / seu contenta in libello seu predicto:per nostram sententiam in his scriptis declaramus/ dictum fundum pertinere ad dictum actorem/iure dominij vel quasi. Et condemnamus dictum reum/ vt dicto actori restituat dictum fundum. Item cōdemnamus dictum reum in sex sextarijs frumenti dicto actori restituendis de fructibus idustrialibus/quos dictus reus percepit de fundo ante litis cōtesta:qui extant ꝛ supersunt deductis expen. Item in sex sextarijs hordei restituendis dicto actori de fructibus idustrialibus post litis ꝯtestationē ꝑceptis de dicto fundo p dictus reū/ q extant supsunt deductis expen. Item duobus sextarijs amigdalarū restituendis dicto actori de fructibus naturalibus post litis contestationem perceptis ꝛ extantibus. Item condemnamus dictū reuʒ in sex solidis turonensibus dandis dicto actori pro fructibus industrialibus caulium/ ꝛ pro naturalibus ficuum/seu pro valore eorum perceptis post litis contest.per dictū reū etiam consumptis seu nō extan. Item in quinqꝫ solidis turon.dandis dicto actori pro fructibus industrialibus caulium ꝛ pro naturalibus ficuum/seu pro valore eorum:quos quidem nō percepit dictus reus/ tamen eos honeste percipere potuisset post litis contest. vel eos actor pcipere potuisset/si sibi dictum fundum possidere licuisset. Et nihilominus condemnamus dictū reū in cētū solidis turon. dandis dicto actori pro expen.per eū factis occasione pn̄tis cause/cū idē actor delato sibi a nobis iuramēto iurauerit ad sancta dei euāgelia taxatione nostra pdicta prehabita se expendisse pdictos centū solidos turon.occasione psentis cause ꝛc. ¶ Tūc si reus sentiat se grauatū/ ꝛ velit appellare/poterit ita dicere in continenti. Dictus re dicit pdictā sniam esse nullā. ꝛ si qua est/ab ea tanqꝫ ab iniqua ꝛ perperā lata viua voce apud acta ad dn̄i locumtenen. illustris regis Maioricarū sedē appellat/ ꝛ apostolos sibi dari petat sepe sepius ꝛ instanter ꝛc. vt in forma. Quidam dicunt ꝙ predicta sententia est nulla/quia nō est pronunciatū fundum pertinere insolidum ad dictum actorem. vt nota.ff.de procurato.l.pōponi. §.sed iste. Quod non est verum.ff.de exceptio.rei iudica.l.si quis cum totum. in principio. Sic videtur dominus. Azo intelligere.ff.de verborum significatione.l.pupillus.§.finali. Qui enim dicit/vel simpliciciter petit fundum/totum fundum petisse videtur.vt notatur.ff.de rei vendicatio.l.si in rem.in principio. Si ex actis posset apparere iudici:an dictus fund⁹ pertineret ad actorem iure directi dominij/vel iure vtilis/seu quasi dominij:credo quod ipse debuisset illud declarasse sententia supradicta.

## ¶ Forma secundi libelli de actione in rez pro re emphiteothecaria que cecidit in commissum.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit ꝛ proponit in iudicio Petrus contra. Martinum. Quod dictus reus possidet seu debʒ ꝛ facultatē restituendi habet:quandam domum vocatam porticum deutirit.sitam in montepessulano.quam domum cum dictus reus tenuerit retroactis temporibus in emphitheosim:a dicto actore ad annuam pensionem sex denariorum turonensium. ꝛ sic dicta domus pertinebat tunc ad dictum

reum iure vtilis dominij vel quasi: dictus reus stetit per triennium quod pre
dictam pensionem non soluit. Unde cum propter hoc dictus reus ipso iure
ceciderit a iure suo/ quod habebat i dicta domo: agit dictus actor contra di-
ctum reum: ⁊ petit a vobis dicto domino iudice/ vt predictam domum perti-
nere ad dictum actorem iure dominij vel quasi per vestram sententiam declara
retis. Et dictum reum/ vt dictam domum dicto actori restituat/ vna cum pē-
sionibus per predictum triennium subtractis/ sententialiter condemnetis: et
condemnatum ad predicta iuris remedijs compellatis. ⁊ petit expensas fa-
ctas occasione presentis ⁊c. implorans vestrum officium domine iudex. Pro
batur. C. de iure emphiteo. l. secūda. Non reperis/ quod prefatus doctor po
suerit sententie iuxta predicti libelli formam ferende exemplum. Tamen attē
tis opinionibus/ doctrinis/ ⁊ exemplis quorundam aliorum doctorū/ potest
sententia sic concipi ⁊ proferri. Christi nomine inuocato/ Nos ⁊c. pro tri
bunali sedentes ⁊c. per hanc nostram diffinitiuam sententiam pronūciamus/
decernimus/ ⁊ declaramus/ predictam domum ad dictum actorem iure do-
minij vel quasi pertinere: eundemq; reum ad restituendum eidem actori can-
dem domum/ vna cum pensionibus per predictum triennium subtractis/ ac
in expensis litis condemnandum fore: ⁊ condemnamus expeñ. taxatione no-
bis in posterum reseruata ⁊c.

## Forma tertij libelli est de actione in rem pro re. feudali: qñ ipso iure cecidit in cōmissum.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit ⁊ proponit in iudi
cio petrus contra sempronium: ꝙ dictus sempronius tenet seu possi
det ⁊ restituendi facultatem habet/ turrim de villa/ sitam in monte-
pessulano. quam turrim cum martinus teneret quondam in feudum a dicto
actore: ⁊ sic dicta turris pertineret tunc ad dictum martinum iure vtilis do
minij vel quasi: dictus martinus ipsam vēdidit ⁊ tradidit dicto sempronio
reo/ sine permissione actoris. Unde cum ob hoc dictum feudum fuerit apertū
dicto actori: ⁊ martinus tunc sic alienando cecidit ipso iure a iure quod ha-
bebat in dicta turri: agit dictus actor contra dictum sempronium: ⁊ petit a
vobis dicto domino iudice/ vt dictam turrim pertinere ad dictum actorem
iure dominij vel quasi/ per vestram sententiam declaretis: ⁊ dictum sempro-
nium/ vt dictam turrim dicto actori restituat/ sententialiter condemnetis: ⁊
condemnatum ⁊c. Probantur predicti duo libelli in cōsti. imperial.
§. callidis. de prohi. feu. alie. per feude. ⁊ de controuer. inter do. ⁊ empto. ca.
vno. Sententie iuxta predicti libelli formam. Cum dictus actor suffi-
cienter probauerit intentionem suam/ seu contenta in dicta petitione sua: Id
circo per sententiam in his scriptis declaramus/ predictam turrim pertine-
re ac dictum actorem iure dominij vel quasi. Et condemnamus dictum reū
in centum solidis turonēsibus/ dandis dicto actori: quos delato sibi a nobis
iuramento/ taxatione nostra predicta precedente/ iurauit se expendisse occa-
sione dicte cause.

## Quarti libelli forma est de actione in rem: si agitur contra illum: qui dolo desijt possidere.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit, et proponit in iudicio
c petrus contra martinum: quod cum dictus reus possideret et haberet quendam fundum situm in territorio de latis / sic confrontatum: qui fundus tunc pertinebat / et adhuc pertinet ad actorem iure dominii vel quasi. dictus reus sciens dictum actorem velle ab eo fundum vendicare / ipsum dolo malo desiit possidere. vnde cum dolosus pro possessore debeat haberi: agit dictus actor contra dictum reum: et petit a vobis domino iudice / vt dictum fundum pertinuisse tunc / et adhuc pertinere ad dictum actorem iure dominii vel quasi / per vestram sententiam declaretis: et dictum reum ad restituendum dicto actori dictum fundum condemnetis etc. Petit expensas factas occasione etc. Implorans officium vestrum domine in etc. ¶ Probatur. ff. de rei vendicatur. l. in rem actio. in principio. et l. sententia. §. sed is. et de regu. iure. qui dolo etc. ¶ Sententia iuxta predicti libelli formam. Cum dictus actor probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per nostram sententiam in his scriptis pronunciamus et declaramus dictum fundum pertinuisse tunc cum dictus reus ipsum dolo desiit possidere: et adhuc pertinere ad dictum actorem iure dominii vel quasi. Et condemnamus dictum reum / vt dictum fundum dicto actori restituat etc. ¶ Si dictus reus predicto modo condemnatus fundum non restituat / feretur alia sententia / cum iuramento in litem / vocato reo. que talis erit.
¶ Cum sententia per nos fuerit lata / contra predictum reum / super predicta actione in rem: fuerit condemnatus fundum restituere. et constet nobis dolo et calliditate eius factum esse / quo minus eum restituat dicto actori: et delato a nobis iuramento in litem eidem actori / idem actor taxatione nostra prehabita / iurauerit se nolle dictum fundum non fuisse sibi restitutam pro viginti libris turonensibus. ¶ Idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in predictis viginti libris turonensibus dandis dicto actori etc. ¶ Probatur. ff. de rei vendi. l. qui restituere. et ff. de in litem iure. l. j. et l. videamus. cum concordam. ¶ Si autem actor non velit iurare in litem: sed magis vult consequi / quanti ea res est. tunc vocato reo et informatione facta / quod valeat communi estimatione quindecim libras turonenses / feretur talis sententia. ¶ Cum sententia diffinitiua lata fuerit per nos super dicto fundo restituendo: et constet nobis dolo et calliditate dicti rei factum esse / vt fundum non restituat. et actor velit magis consequi quanti ea res est / quam iurare in litem. et constet nobis dictum fundum valere communi estimatione quindecim libras turonen. condemnamus dictum reum in predictis quindecem libris turonensibus dandis et soluendis dicto actori etc. ¶ Probatur. ff. de dolo. l. arbitror: in principio. et de verbo. significa. l. inter hec verba. ¶ Attende dubia infrascripta. Martinus furatus fuit mihi quendam librum meum. furto facto / ne liber inueniretur / timore ductus / consumpsit eum igne: et sic desiit dolo malo librum habere et possidere. Queritur / an ego possum agere actione in rem / libro consumpto / contra reum: Et videtur quod non. quia licet res consumpta condici possit: tamen vendicari non potest. vt institutur. de. re. diui. §. si tamen alienam purpuram. ¶ Item si quis ferruminauerit rem alicuius / etiam mala fide: non competit domino quondam rei vendicatio ad illud ferruminatum. vt. ff. de rei vendi. l. in rem actio. §. item quocunque. ¶ Item si do-

lo domini vsufructus mutatione rei sit extinctus/ non agitur cōfessoria/ aut actione in rem. vt. ff. quibus mo. vsufruc. amit. l. repeti. §. si. ⁊ no. ff. de ope. no. nuncia. l. ij. ¶ Item hypothecaria actio in rem non cōpetit/ re desinente. vt. ff. de pignora. acti. l. si conuenit. §. si. quis. ⁊ de iure fisci. l. deferre. §. fi. ⁊ facit. C. de conditur. ex lege. l. mala fide. ⁊ qui bene vult eam iudicare. Sed cōtra. ff. de reg. iure. l. qui dolo. ⁊. l. parem. vbi dicitur: quod dolus pro possessione ē. ⁊ est glo. pro parte ista in predicta. l. mala fide. Et dominus beregarius reputabat eam veram. Ego tamen nescirem respondere ad leges in contrarium allegatas: nec scirem formare libellum. quia si in libello dicā libruz esse meū/ certe non est verum nunc. Et licet iura suggerant dictum dolosum nunc possidere/ non tamen inuenio quod propter hoc iura suggerant me dominum esse illius rei post eius consumptionem/ ⁊ que in rerum natura non est. Et sic iura que dicunt vel suggerunt dolosum possidere debere/ intelliguntur re in rerum natura existente. Quidam dixit mihi ita formandum libellum. ¶ Domine iudex/ talis liber fuit meus: ⁊ cum talis possideret eum/ consumpsit euz igne dolo malo: ⁊ sic dolo malo desijt eum possidere. vnde ago contra eum: et peto per vos declarari/ predictum librum fuisse meum ante consumptionem. Et quia certum est/ ꝙ dictum librum mihi decetero restituere non potest/ peto per vos mihi deferri iuramentum in litem/ ⁊ eum condemnari/ inquantuz in litem iurauero ⁊c. ¶ Probatur. ff. de dolo. l. arbitrio. §. notum. Mirabilis tamen videtur talis libellus. Sed si libro in rerum natura existente/ ⁊ rite formato libello/ ⁊ lite contestata reus dolo consumpsisset librum: tunc iudicium recte ⁊ rite inceptum procederet: ⁊ posset ferri sententia condemnatoria ad restituendum librum. vt apparet ex superioribus.

## ¶ Quinti libelli forma est de rei vendicatione vtili: que competit excessione.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit ⁊ proponit in iudicio Petrus contra Martinum: ꝙ dictus reus possidet seu habet: ⁊ facultatem restituendi habet quendam fundum situm in territorio de latis/ sic ⁊ sic confrontatum: qui fundus pertinet ad meuium iure dominij vel quasi. Unde cum dictus meuius cesserit dicto actori actionem in rē sibi competentem pro dicto fundo: agit dictus actor contra dictuz reum: ⁊ petit a vobis dicto domino iudice: vt dictum fundum ad dictum meuium pertinere iure dominij vel quasi/ per vestram sententiam declaretis: ⁊ dictum reuz Martinum ad restituendum dictum fundum actori ex predictis causis/ vna cum fructibus sententialiter condemnetis: ⁊ condemnatum ad restituenduz iuris remedijs compellatis. Petit item expensas factas occasione presentis cause: ⁊ de faciēdis protestatur: quas suo loco ⁊ tempore legitime declarabit; implorans domine iudex vestrum officiuz ⁊c. ¶ Probatur C. de here. vel ac. vendita. l. si. cum ibi notatis. ¶ Sententia iuxta predicti libelli formā. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam/ seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per nostram sententiam in his scriptis declaramus dictum fundum pertinere ad dictum meuium iure dominij vel quasi: ⁊ dictum martinum: reū/ vt dictū fundū dicto petro actori restituat/ p eandē snīaz ꝯdēnam⁹ ⁊ nihilomin⁹ ꝯdēnauimus eū in cētū solidis turonēsibus/ di-

cto actori dandis/pro expensis cause presentis: cum idez actor delato ei a nobis iuramento/ iurauerit ad sancta dei euangelia/ taxatione nostra predicta prehabita/ se expendisse predictos centum solidos turonenses occasione presentis cause. ¶ Posset dici: q non oporteret declarari in snia / fundum pertinere ad meuium iure dominij vel quasi: sed quia in libello fuerat petitum/ conueniens est/ hec in sententia declarari/ seu super eo pronunciari. ¶ Sed posset dici: quia in libello non fuit necesse illud petere declarari: sed q sufficeret proponere Martinum possidere vel quasi: ꝛ dictum fundum pertinere ad dictum meuium iure dominij vel quasi. sed cessationem factam esse ita q predicta probarentur postea in processu cause: ꝛ q postea sufficeret in snia codēnatione fieri ad fundū restituendum petro: qui iure cesso agit. Sed quicquid dicant/ credo libellum bene formatū/ ꝛ sufficienter: ꝛ etiam predictam sniam. Super fructibus satis est dictum superius in primo ꝛ in tertio libello.

## ¶ Sextus libellus de confessoria in rem actione.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit ꝛ proponit in iudicio Petrus contra Martinum: Quod dictus actor tenet ꝛ possidet quoddam pratum situm in ripialani/ iuxta situm blasum/ sic ꝛ sic cōfrontatum: quod pratum pertinet ad eundem actorem iure dominij vel quasi. Item proponit / q seruitus vel quasi seruitus aqueductus sibi competit/ ad dictum pratum per fundum ticianum/ sic ꝛ sic confrontatum. Unde cum dictus reus impediat dictum actorem vti predicta seruitute vel quasi: agit dictus actor contra eum: ꝛ petit a vobis dicto domino iudice / vt dictum actorem habere seruitutem vel quasi predicti aqueductus/per dictum fundū/ ad dictum pratum per vestram sententiam declaretis. Et dictum reum vt patiatur vti dictum actorem: ꝛ vt caueat/ ne ipsum actorem in futurum vti impediat: sententialiter condemnetis. Necnon ad interesse dicti actoris quod extimat ad decem libras turonenses: quia ipsum impediuit sine iusta causa vti predicta seruitute vel quasi seruitute: necnon in expensis factis occasione presentis cause: quas estimat viginti solidos turonenses: dandos dicto actori/per eandem sententiam condemnetis: ꝛ condemnatum ad predicta iuris remedijs compellatis. Et protestatur de futuris interesse ꝛ expensis suo loco ꝛ tempore/prout de iure fuerit declarandis: implorans domine iudex vestrum officium / in his in quibus est/ vel de iure fuerit implorandū. ¶ Probatur libellus institutur. de actionibus. §. eque si agat. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferende/ exemplum sequitur: ꝛ est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta in dicta sua petitione: idcirco per nostram diffinitiuam sententiam in his scriptis pronunciamus ꝛ declaramus/ dictum actorem habere seruitutem vel quasi aqueductus/per dictum fundum ticianum ad dictum pratum dicti actoris. Condēnamusq; dictum reum: vt patiatur vti dictum actorem pacifice/ dicta seruitute vel quasi. Et vt cautionem ei prestet/ ne in futurum eum impediat in eadez. Et quia constat nobis de interesse dicti actoris. x. lib. turonen. quia fuit impeditus a dicto reo vti predicta seruitute vel quasi condemnamus dictum reuz in predictis decem. lib. turon. dandis dicto actori pro interesse suo predicto. Nihilominus condemnamus dictum reum in centum solidis turon. dandis

dicto actori pro expensis quas fecit occasione presentis cause / cum idem actor de elato sibi a nobis iuramento / taxatione nostra predicta precedente / iurauerit ad sancta dei euangelia se expendisse predictos centum solidos turoñ. occasione presentis cause.

## ¶ Septimus libellus Super iurisdictione.

Coram vobis dño iudice Montispessulan. dicit et proponit in iudicio. p. cōtra. M. q dictus actor habet omnimodā iurisdictionem i territorio Cellenoue / sic et sic confrontato / et in eo oimoda iurisdictio est sua vel quasi sua. Unde cū dictus reus dictum actorem impediat vti pdicta iurisdictione in dicto territorio / agit dictus actor cōtra dictum reū / et petit a vobis dicto dño iudice / vt dictā omnimodā iurisdictionem dicti actoris ad eum pertinere et esse suam vel quasi per vestram diffinitiuam sniam declaretis / et dictum reum / vt dictum actorem patiatur vti predicta iurisdictione: et vt caueat / ne ipsum in futurū vti impediat snialiter cōdēnetis. Necnō interesse dicti actoris / quod estimat. x. lib. quia ipsum sine iusta causa impediuit vti predicta iurisdictione. Necnon et i expēsis factis occasiōe presentis cause: quas estimat. xx. sol. turoñ. dandis dicto actori per eandē sniam cōdemnetis: et cōdēnatum ad predicta iuris remedijs compellatis. Et protestatur de futuro interesse: et de expensis faciendis suo loco et tempore legittime declarandum: implorans domine iudex vestrum officium in his quibus de iure fuerit implorandū. Probatur vt supra in confessoria: vbi probatus est libellus. ¶ Circa quod notandum est: q seruitutum quedam sunt reales: quedā personales vt. ff. de seru. l. pria. Iurisdictio que non inuenitur inter eas nominata nec nominari debuit: ipsa enim realis seruitus non est: quia realis debetur predio. vt instit. de seruitu. §. in rusticorum. et. ff. communi predi. l. j. Et licet iurisdictio concerna territorium. vt. ff. de iurisdi. omniū iudi. l. fi. et. ff. d. ver. sig. pupillus. §. territoriū: attamen ipsa non debetur predio / sed persone iuxta ea que notātur. ff. de officio presi. l. iij. Item non est personalis seruitus: quia illa ad heredem non trāsit. vt. ff. de u. le. l. et non solum. §. tale. de vsufruc. l. si quis binas edes. Iurisdictio autem transit ad heredem non tamen ad heredem presidis: quia ille a se eam abdicare non potest. ff. de offic. presid. l. penult. sed ad heredem baronis qui eam acquisiuit tempore / vel alio modo bene transit. Uidemus enim hodie: quod iurisdictio est in patrimonio baronum quodammodo / sicut asin? est in patrimonio rusticorum siue rustici. Item licet iurisdictio non sit seruit?: tamen si quis impediatur in ea / ipse poterit agere ad instar confessorie actionis in re cum sit eadem ratio: ergo sit idem ius. ¶ Item iurisdictio est res incorporalis / et in vsu suo habet causam interpellatam: vt seruitus itineris actus vel vie. De similibus autem proceditur ad similia. vt. ff. de leg. l. non possunt. Et sic formatus est predictus libellus / et sic de consuetudine obseruatus etc. ¶ Sententia iuxta predicti libelli formam proferenda. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam / seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus decernim?: et declaramus predictam omnimodā iurisdictionē dicti territorij cellenoue pertinere ad dictum actorem: et eam esse suam vel quasi etc. vt in precedenti libello sententia est formata.

## ¶ Octauus libellus de confessoria in rē pro seruitute personali vsufructus

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit ꝛ proponit in iudicio. P. cōtra. m. quod dictus reus possidet quendam fundum situm in territorio de col. de fi: ꝛ sic confrontatum: in quo fundo dicto actori competit seruitus vsufructus. Unde cum dictus reus ipsum impediat in predicta seruitute / nec patiatur eum vti ꝛ frui: agit contra eū: ꝛ petit a vobis dicto domino iudice / vt eundē actorē habere seruitutē vsufructus in pdicto fundo p vestram sniam declaretis. Et dictū reū vt dictū actorē patiatur vti predicta seruitute: ꝛ quod caueat ne ipsum i futurū īpediat sentētialiter ꝯdemnetis: nec non ꝛ in fructibus quos estimat decē sextarios bordei: necnō ꝛ i alio suo interesse: quod estimat. xx. solidos turonenses per eandem sententiam condemnetis: ꝛ condemnatum ad predicta iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas facta occasione presentis cause: ꝛ protestatur de faciendis / ꝛ futuro interesse suo loco ꝛ tempore declarandis: implorans vestrum officium domine iudex ꝛc. Probatur insti. de actioñ. §. eque si agat. ꝛ. ff. si vsufru. pe. l. j. in principio. ¶ Sententia formatur iuxta libellum vt supra in alia confessoria formata est ꝛc.

## ¶ Nonus libellus de iure seruitutis pecoris pascendi.

Coram vobis domino iudice de Latis dicunt ꝛ proponunt in iudicio Colinus bertrandi ꝛ Gerardus iauem consules montispessulañ. contra. p. ꝛ Guilielmum habitatores castri de latis / ꝛ contra ticiū ꝛ sempronium curiales / seu deseruientes dicti castri: quod homines vniuersatis ville montispessulani habent ius seu quasi seruitutem depascendi pecora sua / in pascuis / in territorio dicti castri de latis sic ꝛ sic confrontatis: ꝛ vsi sunt depascere pecora: qua habuerunt in montepessulano / ꝛ pascuis in territorio predictis / tanto tempore / cuius contrarium in memoria hominum non existit. Unde cum predicti rei supranominati impediant homines montispessulani vti predicto iure seu quasi seruitute predicta / agunt predicti consules contra eos nomine vniuersitatis seu hominum predicte ville montispessulani. Et petunt a vobis domino iudice / vt dictum ius seu predictam vel quasi seruitutem depascendi pecora / pertinere ad dictos homines vniuersitatis ville predicte / in predictis pascuis ꝛ territorio per vestram sententiam declaret: ꝛ dictos reos / vt dictos homines predicte ville / predicta quasi seruitute vti patiantur: ꝛ vt caueant ne in futurum eos vti impediant / sententialiter condemnetis: ꝛ cōdemnatos ad predicta iuris remedijs compellatis. petunt expeñ. ꝛc. implorant vestrum officium ꝛc. vt supra in pluribus alijs libellis. Probatur predictus libellus: quia seruitus depascendi est seruitus rustica vt. ff. de serui. rusti. pre. l. i. §. in predijs. ꝛ insti. de seruitu. §. in rusticorum. Et potest eam habere vniuersitas. vt. ff. si seruitus ven. l. testatrix. §. j. Et pro seruitutibus agitur confessoria. vt. ff. e. l. ij. in princi. ¶ Sententia proportionaliter iuxta libelli sequentis sententiam concipi potest: parua est differentia: nisi quod precedens libellus ꝛ sententia fundantur super iure seruitutis de pa

scendi pecora sequens autem libellus ꝛ sententia fundatur super consuetudine seruilis seruitutis.

## ¶ Decimus libellus de consuetudine seruitutis de pascendi pecora.

c Oram vobis domino iudice delatis dicūt ꝛ proponunt i iudicio Colinus Bertrandi ꝛ Gelardus ranel cōsules montispessulani cōtra Petrum ꝛ Guilermum habitatores castri de latis/ ꝛ ꝯtra Titiū ꝛ Semproniū seruiētes curie p̄dicti castri. Quod homines vniuersitatis ville montispessulani habent ex ꝯsuetudie legittime p̄scripta ius pascēdi pecora sua/ in pascuis ꝛ territorio dicti castri/ sic ꝛ sic ꝯfrontatis. Unde cū p̄dicti rei supra/nominati impediāt homines predicte ville montispessulani i predicta ꝯsuetudine iuris pascēdi: agunt dicti ꝯsules nomine vniuersitatis seu hominum ville predicte montispessulani/ ꝯtra predictos reos: ꝛ petunt a vobis dicto domino iudice/ vt dictos homines mōtispessulani habere ius pascēdi pecora sua ex cōsuetudine legitime prescripta i pascuis ꝛ territorio predictis per vestrā sniaȝ declaretis. Et dictos reos vt predictā consuetudinem obseruent/ ꝛ custodiāt nec dictos homines montispessulani i vsu predicte ꝯsuetudinis impediāt sententialiter ꝯdemnetis/ ꝛ ꝯdemnatos ad predicta iuris remedijs cōpellat. Et petunt expensas ꝛc. implorant officium ꝛc. ¶ Probat insti. de iur naturali. §. ex non scripto. ꝛ. ff. de le. l. de quibus. ꝛ. l. se. cum similibus. Recte dr: habēt cōsuetudinem alias nisi haberent ex ꝯsuetudie vel alias ex seruitute/ ipsi nō possent in predictis pascuis depascere pecora sua. vt. C. de pascuis pub. vel pri. l. ij. li. xi. Licet sit contra. de pace tenenda ꝛ eius vio. l. vna in fi. col. x. Sed nos non vtimur illa lege: nec lex dz reputari: cū ꝛ duellū permittat. ¶ Snia iuxta predicti libelli formā proferenda. Cum dicti ꝯsules probauerint sufficiēter intentionē suam/ seu contenta in dicta petitione sua: id circo per sentētiā in his scriptis pronunciamus ꝛ declaramus homines vtile montispessulani habeř ex consuetudine legitime p̄scripta ius depascendi pecora sua in predictis pascuis ꝛ territorio de latis: ꝛ ꝯdemnamus dictos reos vt dictam ꝯsuetudineȝ custodiant ꝛ obseruent ꝛ dictos homines in vsu predicte consuetudinis non impediant in futurum: ꝛ nihilominus condemnamus dictos reos in. x. libris dandis dictos consulibus pro expensis.

## ¶ Undecimus libellus de negatoria in rem actione.

c Orā vobis domino iudice mōtispessulani dicit ꝛ ꝑponit i iudicio. P. contra. M. ꝙ dictus actor tenet ꝛ possidet quendam fundum situȝ in territorio sancti Cornelij sic ꝛ sic confrontatū. vnde cum dicto reo nō competat seruitus nec quasi itineris ad dictam vineam per dictū fundū: agit dictus actor ꝯtra dictū reū: ꝛ petit a vobis dicto dño iudice: vt dictum reum non habere seruitutē nec quasi itineris per dictum fundum ad predictam vineam eundi/ ꝛ predictum fundum esse liberum a predicta seruitute vel quasi seruitute per vestram sententiam declaretis. Et dictum reum ne decetero vadat per dictū fundum/ ad dictam vineam: ꝛ quod caueat de non eundo in futurū ꝛ vt iteresse prestet quod estimat actor. xx. solidorum turonensium senten

tialiter condemnetis: & condemnatum ad predicta iuris remediis compellatis: petit expensas occasione presentis cause factas: & protestatur de faciendis & de futuro interesse suo in processu presentis cause declarandis: implorans vestrum officium domine iudex/ in his in quibus de iure fuerit implorandum. ¶ Probatur supra per iura ad libellum super confessoria actione allegata. ¶ Et est notandum quod negatoria actio competit domino vel quasi domino fundi in quo negatur seruitus deberi.vt.ff.si serui.vendi.l.j.in princi. Circa quod e aduertendum: quod vbi reus contra quem agitur negatoria/ non est in quasi possessione seruitutis: est commodum actoris/ quod non oporteat eum probare esse dominum vel quasi dicti fundi pro quo agitur negatoria. Secundo e notandum/ Quod si reus contra quem agitur negatoria sit in quasi possessione seruitutis: vt in casu nostri libelli: posset apparere: quia iter ibi euidenter apparet calcatum esse pedibus vel paratum per gradus vel cliuos.vt.ff.de serui.vrba.predio.§.i. Tunc ille reus inter alia habet triplex commodum ex illa quasi possessione. Primum est: quia actor habet necesse probare se esse dominum vel quasi illus fundi pro quo agitur negatoria: alias succumberet. Secundum e/ Quod ille reus non habet necesse probare constituentem fuisse dominum predii/ in quo dicit seruitutem fuisse constitutam. Quia quilibet fundus presumitur liber a seruitute imposita. Ut nota.ff.de proba.l.croca. Tertium est quod no oportet reum probare se esse dominum fundi/ cui dicit seruitutem deberi. Et predicta colliguntur & habentur.ff.de seruitu.l.sicut.§.s3 si queritur.&.ff.si vsufru. pe.l.pe.& institu.de interdic.§.commodum. Sententia iuxta predicti libelli formam proferenda. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentione suam/ seu contenta in dicta petitione sua: & reus non probauerit se habere aliquam seruitutem vel quasi/ itineris per dictum fundum ad dictam vineam: idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus/ dictum fundum esse liberum a dicta seruitute vel quasi: & dicto reo non deberi seruitutem vel quasi itineris per dictum fundum ad dictam vineam: & condemnamus dictum reum/ ne de cetero vadat iure seruitutis vel quasi itineris predicti per dictum fundum/ ad dictam vineam: & vt cautionem prestet/ ne de cetero per illum fundum illo iure vadat. Item quia constat nobis de interesse dicti actoris in.xx. solidis turon. Quia dictus reus sic iuit per dictum fundum/ condemnamus predictum reum in predictis viginti solidis turonen.dandis/ dicto actori. Et nihilominus condemnamus dictum reum in centum solidis turon.dandis dicto actori pro expensis presentis cause: cum actor taxatione nostra precedente delato a nobis iuramento iurauerit se expendisse predictos centum solidos turon.occasione presentis cause.

## ¶ Duodecimus libellus de publiciana pro re mobili.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit & proponit.P.contra.M.quod dictus reus possidet seu tenet & facultate restituendi habet/ quendam equum pili mauri stellatum in fronte/ ad dictum actorem pertinente iure quasi dominii: pro eo quia ipsum emit & per traditionem accepit a Titio quem credidit esse dominum dicti equi/ & verum non erat: vnde cum dictus reus equum restituere contradicat/ agit contra eum: & petit a vobis dicto do

mino iudice / ut dictum equum ad dictum actorem pertinere iure quasi domi
nij / quasi ipsum usuceperit / licet in veritate ipsum non usuceperit / per vestras
sententiam declaretis. Et dictum reum ad restituendum dictum equuꝫ dicto
actori sententialiter condemnetis ⁊ ꝯdemnatuꝫ ad restituẽdũ iuris remedijs
compellatis ⁊c. ¶ Probatur insti. de acti. §. sed iste. ⁊. ff. ⁊. de publi. l. j. ⁊. l. cum
qui. §. publiciana actio. Inter cetera dicit actor in libello dictum equum ad eũ
pertinere iure quasi dominij. ⁊ debet intelligi / quasi dominij scilicet quasi di-
recti: quia a directo domino credidit eũ acquirere. Itẽ petit actor dictũ equũ
quasi ipsum usuceperit. ⁊ sic recte formatus est libellus / super re mobili: in qua
sicut per usucapionẽ / acquiritur directum dominium / ita per illam quasi usu-
capionem que pretenditur in publiciana / agitur iure quasi dominij directi.
Item si probat illum a quo dictus equus fuerit tempus / fuisse dominuꝫ equi:
Succumbet actor in publiciana actione: sed ipse poterit redire ad rei vẽdica
tionem directam: ⁊ in ea obtinebit. ut nota. in. §. sed iste. cũ ꝯcor. ¶ Sententie
ꝯdẽnatorie in predictis pro re mobili ⁊ pro re imobili formas nõ reperio scri
ptis illius doctoris isertas / sed faciliter põt ex pdictis colligi: ⁊ iuxta petitio-
num formas concipi iuris dictamine suffragente.

## ¶ Tertiusdecimus libellus de publiciana pro rẽ immobili.

Oram vobis domino iudice montispessulani dicit ⁊ proponit in iudi
c cio. P. contra. M. ꝙ dictus reus possidet seu tenet ⁊ facultatem resti
tuendi habet / quendam fundum sic ⁊ sic confrontatum: ad dictũ acto
rem iure quasi utilis dominij pertinentem: pro eo ꝙ eum emit / ⁊ per tradi tio-
nem accepit a Titio / quem credidit tunc habere directum dominiuꝫ vel uti-
le dicti fundi: ⁊ verum non erat. Unde cum dictus reus / dictum funduꝫ resti
tuere contradicat: agit dictus actor contra eum: ⁊ petit a vobis dicto domi-
no iudice / ut dictum fundum ad dictum actorem pertinere iure quasi domi-
nij vel utilis dominij / quasi predictum fundum prescripserit / licet verum non
sit / per vestram sententiam declaretis. Et dictum reum ad restituendum di-
ctum fundum dicto actori una cum fructibus sententialiter condemnetis: ⁊
condemnatum ⁊c. ¶ Probatur. ff. de pub. l. cum sponsus. §. in vectigalibus.
Et pro mobili debet agi iure quasi dominij directi / quasi eum actor usucepe-
rit: licet verum non sit. Sed pro fundo qui est res immobilis / debet agi iure
quasi utilis dominij / quasi actor ipsum prescripserit: licet verum non sit. Et sic
predictum verbum quasi usucepisse positum est. institu. de ac. §. sed iste. ⁊ ppo
nitur proprie ⁊ improprie. Proprie pro re mobili: in qua habet locũ usucapio.
Et improprie pro re immobili: in qua proprie non habet locum usucapio / sed
solum prescriptio. nota. insti. de usucapi. circa prin. scilicet verbum usucapian
tur ponitur ibi proprie pro re mobili / ⁊ improprie pro re immobili ⁊ illud no.
ff. de usucapi. l. iij. ¶ Circa predictos duos libellos dicit quidam / ꝙ publicia
nista habet utile dominium / ⁊ no. ff. de publi. l. si seruus. de acqui. re. do. l. tradi
tio. in prin. Et notauit hic dominus Azo in summa sua insti. de actio. Et secũ
dum hũc essent aliter formandi libelli: ⁊ indistincte actor agendo publiciana
actione in rem / deberet dicere rem ad se pertinere iure utilis dominij. Sꝫ cre
do predictos libellos sufficiẽter formatos esse de iure Publiciana ista enim n̄

habet aliquod vtile dominium verum seu existens: vt dictu; est supra in principio libelli. licet vtile dominium habeat similitudinarium/ seu ex quadam fictione iuris in tantum ꝙ potest agere quasi dominus: non ꝙ sit dominus iure directi dominij/ nec dominij vtilis: ſ; solū iure similitudinario vtilis seu ficti dominij. Et iuxta istum intellectum dominus. Azo videtur dixisse insti. de act. in summa sua: ꝙ vtile dominium quod contingit per publicianam / potest esse duorum in solidum. Quod non dixisset/ si de vero dominio locutus fuisset quod habetur in prescriptione vel quod habet emphitheota verus: vt supra in secundo libello dictum est. Impossibile est enim duos habere in solidum vtile dominium seu verum eiusdem rei: licet in ficto vtili dominio/ seu i quasi dominio possit esse verum illud quod domin⁹. Azo ibi dixit. Sed hodie in quasi dominio de quadam generali consuetudine curiarum licet sit contra ius scriptum/ potest formari libellus largius. Poterit dicere actor simpliciter rem ad se pertinere iure dominij vel quasi: que verba importãt dominium directū/ ⁊ quasi directum / ⁊ vtile/ ⁊ quasi vtile: effectum dominij seu quasi dominij: vt dictum est supra in tertio libello. Caueat tamen discretus aduocatus / an expediat actori ita generaliter loqui in libello: quia periculosum erit/ si succūbat in lite: quia omnem causam videbitur vna petitione comprehendisse. vt. ff. de except. re. iudi. l. ⁊ an eadem. §. actiones. cum concor. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferende exemplum non reperi: sed faciliter concipi potest: vt de alia sententia proxime est predictum ⁊c.

## ¶ Quartusdecimus est de restitutione in integrum ad effectum vt quis agere possit rescissoria in rem actione.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit ⁊ proponit in iudicio Petrus contra Martinū/ ꝙ cum dictis actor ⁊ dictus reus forent domiciliū in montepessulano/ dictus reus tenuit ⁊ possedit iusto titulo per decē annos quādā vineā sitā in territorio de Goldelsi/ sic ⁊ sic confrontatā: ⁊ ita eā prescripserat bona fide: que vinea ante prescriptionē predictā pertinebat ad dictum actorē iure dominij vel quasi. Item asserit dictus actor: ꝙ de decem annis predictis/ per quos predictus reus tenuit ⁊ possedit dictā vineā/ dictus actor fuit absens causa reipublice/ vltra in exercitu imperatoris ꝯtra sarracenos per vnū annū continuū. Et sic nō potuit dictū reum conuenire/ nec rē ab eo vendicare: ⁊ multominus hodie: quia prescriptio ē completa. cū antē ex predicta absentia dictus actor ⁊ sit ⁊ fuerit lesus: petit ⁊ supplicat vobis dicto domino iudici/ vestrum officiū implorando: vt ipsu; per vestram sententiam aduersus prescriptionē predictam vocato dicto. M. in integrum restituatis: scilicet p̄dictū annum: qui fluxit in predicta absentia sua de medio subducendo taliter ꝙ rescissa predicta prescriptione/ dictus actor possit predictam vineam per actionē in rem rescissoriã vendicare. ¶ Probatur insti. de actl. §. rursus in fi. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formā proferende exemplum sequitur/ ⁊ est tale. Cum dictus actor sufficiēter probauerit intentionē sua;/ seu contenta in dicta petitione sua seu supplicatione: idcirco p hanc nostram sententiam in his scriptis/ ipsum restituimus in integrum/ ad

uersus illius anni spatium in quo ipse fuit absens: et dictum annū sibi de medio subducimus: decernētes q non obstante p̄dicti anni spacio/ dictus actor supplicans possit dictā vineam suam actione rescissoria vendicare.

## Quintusdecimus libellus de rescissoria in rem actione.

Coraz vobis domino iudice montispessulani/ dicit et pponit in iudicio C. P. contra. M. q dictus reus possidet seu tenet/ et facultatē restituendi bz quandā vineā sitam in territorio de Goldelsi/ sic et sic confrontatā quā vineam cū pertineret retroactis tēporibus ad dictū actorē iure dominij vel quasi/ dictus reus tenuit bona fide et iusto titulo p decē annos: et sic dictaz vineā prescripsit. infra quos decē annos dictus actor fuit absens causa reipublice per vnū annū continuū. Unde cū tempus illius anni quod fluxit in eiusdē actoris absentia p̄dicta/ sit de medio subductū: in integrū restitutione a cōpetente iudice rite et iuste obtenta/ agit dictus actor contra dictū reū: et petit a vobis dicto domino iudice/ vt dictā vineā dicto actori non obstante p̄dicta prescriptione restituat sententialiter condemnetis: et condemnatum ad restituendū iuris remedijs compellatis: petit etiam expensas. et c. implorans vestrū officiū et c. ¶ Probatur insti. de acti. §. rursus. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferende tenorem non reperi: et non erat necessariū inserere: qa iuxta petitionis seriem potest faciliter ordinari.

## Sextusdecimus de actione in factum pauliana.

Coram vobis domino iudice montispessul. dicit et proponit in iudicio C. P. contra. M. q dictus reus possidet seu tenet/ et facultatē restituendi habet quendam fundum situm in territorio sancti mar. de primeto sic et sic confrontatū: quē fundū ticiius debitor dicti actoris in. x. lib. turon. ex causam mutui in dictū reū alienauit/ in fraudē eiusdē actoris/ dicto reo fraudē participante. vnde cū dictus actor bona dicti ticij debitoris sui excusserit: et iussus fuerit auctoritate cōpetentis iudicis bona dicti ticij possidere: nec tñ potest debitū suū recuperare/ scilicet predictas. x. lib. turoñ. cū dictus reus nō inueniat aliqua bona fide possidere: agit dictus actor contra dictū reū/ vt sibi dictum fundum restituat. et petit a vobis dicto domino iudice: vt dictum reū ad restituendum dictū fundū dicto actori/ cū fructibus qui coheredebant dicto fundo tempore alienationis/ cum fructibus quos dictus reus percipiebat vel percipere poterat post lit. contesta. de dicto fundo per vestram sententiam condemnetis et condemnatum ad restituendum iuris remedijs compellatis. Petit expen. et c. Implorat officium et c. ¶ Probatur insti. de ac. §. si quis in fraudem. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferende tenorē non reperi: et non erat necessarium presentibus inserre/ ex causa in libello supra proxime iam predicta.

## Decimusseptimus de hypothecaria actione.

Corā vobis domino iudice mōtispessulani dicit et pponit in iudicio. P. C. contra. M. q dictus reus possidet et tenet/ et facultatē restituēdi habz quendā fundū situ in territorio de primeto/ sic et sic cōfrontatū. Quē

soluendū iuris remedijs cōpellātis:cū expēsis p̄ntis cause factis ⁊ faciendis q̄s in ꝓcessu p̄ntis cause declarabit:implorās vr̄m officiū ⁊c. ¶ Probatur in insti.de ac.§.in ꝑsonā ⁊.ff.de pecul.l.sed si damnum.§.peculium.Et legitur hoc actione ex vēdito de peculio.nec enim actio de peculio est ꝓpriū nomen actionis:sed est quedā deiectio.vt.ff.de pecul.l.sed.§.iulianus.⁊ est actio ꝑsonalis vt insti.de ac.§.in persona. ¶ Sētētie iuxta p̄dicti libelli formā ꝓferende exēplum sequit̃: ⁊ est tale.Cum dictus actor sufficienter ꝓbauerit intētionē suam/ seu contenta in dicta petitione sua:⁊ inter alia probatum sit esse.xv.lib.turon̄. in peculio dicti martineti.Et ediuerso dictus reus probauerit sibi ⁊ alijs qui in potestate eius sunt deberi a dicto martineto filio suo decē libras turonēses: vn̄ illis deductis nō remanēt i peculio nisi cētū solidi turonen̄. Idcirco p nostrā sn̄iam in his scriptis ꝯdemnamus dictū.M.i cētum solidis turon̄.in peculio/ deductione p̄dicta facta restātibus dādis dicto actori ⁊c. ¶ Probatur ff.de pecul.l.sed si damnū.§.j.⁊.ij.Sed cum.x.lib.sint petite i libello:⁊ cōdēnatio facta sit i.c.sol.turon.⁊ de alijs cētum tacetur:quia nec facta est ꝯdēnatio nec absolutio sup eis:videretur ꝙ predicta sn̄ia sit nulla.vt.ff.de do.excep. l.ad celsum.§.itē queritur Sed si dicis/ ꝙ.x.lib.nō fuerint petite precise/ sed peculiotenus/ ⁊ quātum vires peculij paterētur:quare iudex potuit ⁊ debuit de illis alijs centum solidis tacere:⁊ sic valet sn̄ia.

## ¶ Vicesimus libellus de actione in factum ex iureiurando.

Coram vobis dn̄o iudice montispessulani dicit ⁊ ꝓponit in iudicio.P. contra.M.ꝙ cum idem petrus peteret.x.lib.a dicto martino/ quas sibi debebat.⁊ dictus martinus negaret se eas debere:dictus martinus detulit iusiurandū dicto petro:⁊ ꝙ iuraret per deum sibi deberi predictas.x. lib.turonen.a dicto.M.⁊ i continēti suscepto dicto iuramēto p dictū.P.idē P.iurauit per deum sibi deberi a dicto.ma.predictas.x.lib.turonen.quare agit dictus actor cōtra dictum reum/ vt sibi det ⁊ soluat predictas.x.lib.turonen.⁊ petit a vobis dicto domino iudice:vt dictum reum in predictis.x.lib.turonen.dandis dicto actori/ per vestram sententiam condemnetis:⁊ condemnatum/ ad dandum iuris remedijs compellatis ⁊c. ¶ Probatur insti.de ac. §.item si quis postulante.ff.de iureiuran.l.iij.in prin.⁊.l.non erit.§.i. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formā ꝓferende exemplū sequit̃:⁊ est tale.Cum dictus actor sufficiēter ꝓbauerit intētionē suā/ seu ꝯtēta i dcā petiōe sua: Idcirco per sn̄iam in his scriptis ꝯdemnamus dictū reū in dictis.x.li.turon̄.dādis ⁊ soluēdis dicto actori.Et nihilominus ꝯdemnamus dictū reum in.xl.sol.turon̄.dandis dicto actori pro expen̄.quas fecit ⁊c.

## ¶ Vicesimusprimus libellus de actione in factum ex albo corrupto.

Corā vobis dn̄o iudice montispessol.dicit ⁊ ꝓponit in iudicio.P.tāq̄ vnus de populo cōtra.m.Quod cū bailiuus montispessulani fecisset scribi in pariete seu in muro curie/ ꝑpetue iurisditōis cā:ꝙ qcūq̄ ꝓbaretur destrais vel destralagio diffamatus.ꝙ excobaretur seu fustigaretur per villam fortiter ⁊ atrociter/ vsque ad sanguinis effusionem: dictus.m.dolo

malo corrupit verba illa. Quare cu3 intersit dicti petri tam respectu sui proprij interesse/ quam causa tuendi ius populi/ illud edictum non fuisse corruptum: agit dictus actor contra dictu3 reum: et petit a vobis dicto domino iudice/ vt dictum reum ad dandum dicto actori penam quinquaginta aureorum in quam incidit ex corruptione dicti edicti/ per vestram sententiam condemnetis et condemnatum etc. ¶ Probatur institu. de act. §. penales. ff. de iurisdi. om. iu. l. si quis id quod. in princ. vbi in quibusdam libris est pena quingentorum aureorum: et in quibusdam est pena quinquaginta aureorum. Sed in predicto libello petiti sunt quinquaginta aurei: quia pene sunt molliende in dubio. vt. ff. de penis. l. interpretatione. Est autem est actio popularis/ et annalis/ et pretoria. vt. ff. de act. et obli. l. in honorarijs. Et institur. de perpe. et tempo. ac. circa prin. Item pena illa applicatur illi qui admittitur ad agendum. vt ar. ff. de ver. sig. cui exempto. et de popu. ac. l. ij. cum suis concor. Item dicunt quidam/ quod predicta actio et pena habent locum/ si quis dolo malo furcas diruat: vel saccos in porticu curie positos sustulerit. et satis potest adaptari tex. in. l. si quis id quod in prin. Item hodie ea que perpetue iurisdictionis causa proponuntur/ non ponitur in albo seu in muro curie: sed in quaterno seu papyro curie. Et ideo potest dici: quod predicta actio et pena habent ibi locum/ si quis ea dolo malo deleuerit: cum sit eadem ratio: ergo et idem ius. Item talis papyrus est hodie subrogata in loco albi pretoris ad predicta scribenda. ergo etc. Item sic forte posset dici de alijs requestis in dicta papyro scriptis/ si quis eas corrupit dolo malo. large enim intelligitur. Et notatur hec materia. ff. de albo scri. in rubrica. et in. l. predicta. si quis id quod. in predicta glosa. Item est notandum/ quod si duo inter se litigent: et alter acta inter eos habita corrupit vel falsauerit: ille cadet a causa. vt. de iure fisci. l. in fraudem. §. quotiens etc.

¶ Sententie iuxta predicti formam proferende exemplum sequitur: et est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam/ seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in predictis. L. aureis dandis et soluendis dicto actori etc. Non tamen inuenio quod balliuus vel preses prouincie possit talia statuta facere de iure scripto/ sine expresso consensu populi vel consulum.

## ¶ Vicesimussecundus de actione in factum: si filius vocat parentem in ius sine venia.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit et proponit in iudicio. P. patra. M. filium suum in eiusdem actoris potestate minime constitutum: quod dictus M. fecit dictum P. patrem suum vocari in ius causa experiendi seu: litigandi cum eo coram vobis: nulla licentia seu venia a vobis vel ab alio iudice competente impetrata. Quare agit dictus actor contra dictum reum: vt sibi det. L. aureos pene nomine: et petit a vobis dicto domino iudice: vt dictum reum ad dandum et soluendum dicto actori. L. aureos predictos per vestram sententiam condemnetis et condemnatum etc. ¶ Probatur insti. de ac. §. penales. Et de pe. te. liti. §. fi. et. ff. de in ius vo. l. pe. et fi. C. e. l. fi. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferende exemplum sequitur: et est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per nostram sententiam/ in his scriptis condemnamus dictum reum in predictis quinquaginta aureis dandis dicto actori etc.

## ¶ Vicesimustertius de actione in factum ex edicto ne quis eum qui in ius vocatus est qui eximat.

Corã vobis domino iudice montispessulani dicit et pponit i iudicio. P. contra. M. Quod dictus reus furatus fuit dicto actori quẽdam equũ pili mauri/ habentẽ stellã albã in frõte: q equus ptinebat ad dictũ actorẽ iure dominij. Itẽ proponit/ q dictus reus fuit deprehẽsus vel visus cũ dicto equo/ eo die quo dictũ furtũ cõmisit: antequã puenisset in locum in quo destinauerat dictum equum ducere ac deponere: Itẽ proponit q dictus equus valebat cõmuni extimatione. x. libras turoñ. Quare agit dictus actor ctra dictũ reum. et petit ab eo/ vt sibi det quadruplum extimationis dicti eq: et petit a vobis dicto dño iudice/ vt dictum reum ad dandũ dicto actori quadruplum extimationis dicti equi/ scilicet ad dandũ dicto actori. x. lib. turoñ. per vestrã sniam condemnetis. et condemnatum ad dandum iuris remedijs compellatis: petit expensas &c. Probatur insti. de ac. §. ex maleficijs. §. quadrupli. et de ob. que ex delic. nas. per to. ¶ Snie iuxta pdicti libelli formã proferẽ de exemplũ sequitur: et est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam/ seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per nostram sniam in his scriptis condemnamus dictum reum in predictis. xl. libris turoñ. dandis et soluendis dicto actori &c.

## ¶ Quinquagesimusquartus libellus de actione furti: nec manifesti.

Corã vobis dño iudice mõtispessulani dicit et pponit i iudicio. P. Z. M. Quod dictus reus subtraxit per furtum dictũ actori quẽdã equum pili mauri/ ad dictũ actorẽ iure dñij ptinẽtẽ/ et valẽtem cõi extimatiõe. x. lib. turõ. Quare agit dictus actor contra dictum reum: et petit/ vt sibi det duplũ extimationis dicti equi/ scz. xx. lib. turoñ. Et petit a vobis dicto dño iudice/ vt dictum

reum ad dandum dicto actori prédictas. xx. lib. pro duplo extimationis dicti equi p vsam snīam cōdēnetis. ⁊ cōdēnatū ⁊c. Probat insti. de. §. ex maleficijs. ⁊. §. in duplum. ⁊ de ob. que ex delic. nas. §. pena. Et est notandum φ si aliquis errore ductus existimans rem esse suam/ ⁊ credens licitū cuilibet rem suā ꝓpria auctoritate accipe/ accipiat eaz inuito dño: ipse excusatur a furto. vt insti. de vi bono. rap. §. quia tamen. Item qui scit rem esse alienā/ ⁊ eaz accipiat/ vel ea vtatur/ si probabiliter credat dominū pmissurū/ excusatur a furto. vt insti. de ob. que ex delic. nas. §. placuit. Si autē credat stulte dominū pmissurū/ aut habuit rem voluntate domini/ alio tamen vsu vsus est: etiam excusatur a furto: sed tenebitur tunc domino alia sua actione. vt. ff. e. l. qui re sibi commodata in prin. Si autem non habuit rem voluntate domini: ⁊ in accipiendo credidit stulte dominum permissurum/ ipse non excusatur a furto. vt. ff. e. l. q vas. §. vetare. ¶ Sentētie iuxta predicti libelli formam proferende exemplum ex precedentis libelli sententia faciliter deprehendi potest. ¶ Quinquagesimus quintus li. accusatorib⁹ super furto. In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Anno natiuitatis eiusdem. M. cccc. x. vltima die mensis Martij: domino Philippo rege francorum regnante: ⁊ regni eius ãno vicesimoseptimo: inditione nona. Coram vobis domino iudice montispessulani dicit ⁊ proponit ĩ iudicio Petrus contra Martinum de aureliaco. Quod dict⁹ Martinus mēse Februarij proxime pcedenti consulibus Colino Bertãdi: ⁊ Gerardo Ancel existentibus in montepessulano/ per furtum subtraxit de domo quam dictus actor inhabitat/ in careria de fabraria quendam equum pili mauri/ stellatum in fronte/ ad dictum actorem iure dominij pertinentem. vnde cuz reipublice inter sit ne maleficia remaneant impunita: dictus actor accusat dictum mar. ⁊ eum de facto furto reum defert: ⁊ petit a vobis dicto domino iudice/ vt dictum reum ad competentem castigationem seu animaduersionem/ vestro arbitrio per vestrã snīam cōdemnetis ⁊ pro ꝯdemnato vsam sententiam executioni mandari/ in penam eius/ ⁊ vt de cetero talia non cōmittat: ⁊ vt cedat ceteris in exemplum. petit ⁊ expeñ. ⁊c. implorans vestrū officium domine iudex ⁊c. Et ego dictus Petrus huic accusationi mee manu mea me in hoc libello subscribo: ⁊ vsq3 ad finem seu snīam me pseueraturū ꝓmitto: ⁊ pro lite exercenda Jo. ruffi hic presentem in fideiussorem prebens. Probat. ff. de accu. l. libello ꝑ. ⁊. C. e. l. penul. ⁊. ff. de priua. delic. l. fi. in fi. ¶ Snīe iuxta ꝑdicti libelli formam ꝯtra reum pro ferende exemplum sequit: ⁊ est tale. Cum cōtēta ĩ dicta petitione sint sufficienter probata. Uel sic. Cum dictus. P. sufficienter probauerit intentionem suam/ seu contenta in dicto libello suo: accusatorio: idcirco per snīam in his scriptis condemnamus dictum M. vt scobetur per villam nudus/ retentis solū modo brachis: ⁊ φ in triuijs seu in quadruuijs cōsuetis cedatur seu percutiatur retro per spatulas cum corrigatis solitis curie/ in penam eius/ ⁊ vt sit ceteris in exēplum. Et nihilominus cōdemnamus eum ĩ cētum sol. turoñ. dãdis dicto actori/ videlicet petro pro expeñ. litis pñtis. quos centū sol. turoneñ. dictus accusator/ delato sibi a nobis iuramento/ taxatiōe nostra precedente/ iurauit se expendisse occasiōe presentis litis. ¶ Recte dicitur/ φ scobetur quia generaliter petita fuit in libello competens castigatio: ⁊ in furto nō est pena certa criminaliter inflicta: ⁊ ideo prout iudex arbitrat. Aliquãdo fures excobantur cum leui verberatione: aliquãdo cum graui scu

atroci: id est cum effusione sanguinis: et aliquando sine verberatione / cum caulibus vel porris fracatis et ad collum ligatis ducuntur per villam in tuba: et aliquando in die mercati ponuntur in postella. Et est notandum / quod fur cum effractione gravius punitur. ut. ff. de effrac. l. fi. Item fur nocturnus / si se telo defendit gravius punitur. ut. ff. de furib. bald. l. j. Ex predictis apparet quod si in sententia fuisset dictum: pronunciamus martinum esse furem: nulla pena certa adiecta: sententia fuisset nulla. ut instit. de act. curare. Contra furem enim non est certa pena. ut. C. de ser. fugiti. aut. sed novo iure. Si autem esset aliud crimen / certam penam habens: ut adulterium / quod capite punitur: tunc sufficeret reum pronunciare adulterum etiam pena non expressata nec declarata: quia legis auctoritas representat eam tunc. ut. ff. ad turpill. l. j. §. si autem pronunciaverit. et etiam tunc in libello sufficeret martinum reum deferre. l. iulia. de adultere. non expressata pena. Et iuxta hoc formabit. p. libellum accusatorium ita. Ego petrus constantini reum defero petrum de aureliaco. l. iulia. de adulterio quod commisit cum pontia in domo pontij in montepessulano / mense septembri consulibus existentibus reverdo de narbona / et embranno. Et ego petrus constantini subscripto et promitto actionem quam defero me usque in finem perducturum. Sed in quibusdam alijs videtur iste libellus defectivus ut apparet ex superioribus. et. C. de accu. l. penult. in glo. Idem credo in criminibus / que certam penam non habent: scilicet quod in libello accusatorio non oportet fieri mentionem de pena extraordinaria: licet in sententia tunc esset necesse penam exprimi / ut statim dictum est. ¶ Sententia autem in causa predicta pro reo proferende exemplum sequitur: et est tale. Cum dictus actor non probaverit sufficienter contenta in dicto suo libello accusatorio Idcirco per nostram sententiam in his scriptis reum absolvimus a dicta accusatione / et contentis in dicto libello accusatorio. Item cum dictus accusator calumniose instituerit dictam accusationem contra predictum reum: quod apparet eo ipso / quod non probaverit contenta in suo libello: et sic similitudo supplicij debet eum astringere: Idcirco per sententiam eandem condemnamus eum / ut scobetur per villam nudus retentis solum brachijs: et quod in trivijs et quadruvijs cedatur seu percutiatur retro in spatulis / cum corrigiatis solitis curie / in penam eius / et ut ceteris sit in exemplum / ne calumniosam instituat accusationem. in tantundem enim eramus condemnaturi predictum reum / si predictus furtum probatum fuisset per eum commissum. Et nihilominus condemnamus predictum actorem in expensis etc. ut in alia sententia proxima est expressum. Probatur hec sententia / quia accusatorem calumniosum astringit similitudo supplicij. C. de calum. l. fi. cum concor.

## ¶ Quinquagesimussextus libellus de actione vi bonorum raptorum.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit et proponit in iudicio petrus contra Martinum: Quod dictus reus dolo malo rapuit seu abstulit dicto actori quendam equum pili mauri / stellatum in fronte / ad dictum actorem iure dominij pertinentem: et valentem communi extimatione. x. lib. turon. Quare agit dictus actor contra dictum reum ad quadruplum: et petit a vobis domino iudice / ut dictum reum ad quadruplum / videlicet ad restituendum dictum equum dicto actori: et triplum extimationis dicti equi / scilicet in. xxx. lib. turon.

dādis dicto actori / p nr̄am sniam ꝯdēnetis: ꝛ ꝯdēnatū ad p̄dicta iuris reme-dys compellatis ꝛc. Probat insti. de ac. §. ex maleficijs ꝛc. ꝛ ti. vi bo. rap. p to.

¶ Sniē iuxta p̄dicti libelli formā proferēde exēplū sequitur: ꝛ est tale. Cum dictus actor sufficiēter ꝓbauerit intētionē suā seu ꝯtēta i dicta petitione sua. Idcirco p nr̄am sniam in his scriptis cōdemnamus dictū reū ꝓ dicta rapi-na in quadruplū / re in quadruplo cōputata: scȝ ꝯdēnamus eum ad restituen-dū dictū equū dicto actori: ꝛ in triplū extimationis dicti equi / scȝ in. xxx. lib. turoñ. dandis ꝛ soluendis dicto actori: ꝛ nihilominus cū victus victori ꝯdē-nandus sit in expensis: cōdemnamus dictum reū in centum solidis turoñ. dā-dis dicto actori pro expēsis / quasi dictus actor fecit occasiōe presentis cause: quos centum solidos dictus actor delato ei a nobis iuramento / taxatione no-stra precedente / iurauit se expēdisse in p̄nti causa occasione p̄nti cause. Insup nota / ꝙ super predicta rapina lite mota / vel non mota snia nulla secuta / vel snia secuta / sed per appellationē legitime interpositā extincta: actor conside-rans: ꝙ forte rapinā dicti equi plene ꝓbare nō possit p testes: ipse poterit re-currere ad ꝓbationem p duellū seu p pugnā sup qua frustra inuocabit nomē dominī: ad mala. n. opera deus non accedit / nisi ad puniendū ꝓpheta Da-uid dicente: vult⁹ autē dn̄i super facientes mala perdat de terra memoriam eorum: ꝛ tunc deo non habito pre oculis / dictus Petrus cui raptus fuit equ⁹ p̄dictus / poterit petere / a iudice decerni pugnā ꝛc. vt in forma.

## ¶ Quinquagesimusseptimus libel-lus de duello.

Domine index / ego Petrus ꝛc. Quod Martin⁹ hic presens est falsus et proditor: q a proditionaliter rapuit mihi quēdā equū pili mauri / stella-tū in frōte: ꝙ si ipse ꝯfiteat / peto ip̄m ꝯdēnari sup p̄dicta rapina vt raptorē. si autē hoc neget: ego p pugnā armis paribus sumptis a me ꝛ ab eo / faciā eum ꝯfiteri rapinā p os suū / in cāpo nobis p vos assignādo: vel reddā eū victu vl mortuū in dicto cāpo. Et sup dicta pugna pignus meū / vȝ cyrothecas meas hic in medio in p̄sentia vestra offerro: ꝛ reddo: ꝛ ꝓmitto me iuratuꝝ in introi-tu cāpi / p vos nobis ad certamē / seu ad dictā pugnā assignādi: ꝙ ego nō ha-beo herbas / nec breues ꝯiuratorias / vel alia q̄ maleficia vel fescinationes pa-riant vel perturiant quo quomō. Et ꝙ tunc Martinus iuret si'iter illud idē. ꝛ peto p vos dn̄m iudicem / si Martinus p̄dictā rapinā neget / declarari ꝛ iu-dicari pugnā posse ꝛ debere esse ꝛ fieri ex p̄dicta causa inter me ꝛ euȝ: ꝛ ipsum sn̄aliter cōdēnari / ad sub eundū pugnā mecū ex p̄dicta causa / vt sup p̄dicta rapina possit per pugnā veritas inueniri. Probatur in lombarda / qualiter qs se defendere debeat: ꝛ in quibus causis pugna prohibeat vel fieri debeat. Po-test enim esse duellū / si sit ciuilis contentio inter aliquos de debito patris. vt co. ti. l. si quis post mortē / vbi propter pecuniarum debitum non vendicat sibi locum duellum si illa pecuniaria obligatio diceretur venire ex maleficio vel quasi: quod tamen illi non bene probant. Item fit duellum / si de inuestitura sit contentio: vt eo. titu. l. de inuesti. Item fit duellum propter depositum dene-gatuȝ. vt. e. ti. l. si quis p seipsum. Item fit duellum in causa liberali: vt. e. tit. si seruus. Item fit duellum / si sit contentio de re mobili vel immobili malo ordi-ne possessa: vt in lombarda, de prescrip. l. ij. Item fit duellum pro iniuria / seu

pro opprobrioso verbo cucurbite: vt in lombarda. de cõuitijs. l. j. Item fit pugna de infidelitate. vt in li. feu. de alie. feu. prin. c. non est consuetudo. Itez de incendio: vt in lombarda. qualiter quis se defen. de. l. si quis alium. Item si qs infra pacis edictum alium vulnerauit: debet sibi manus amputari: nisi vitam suã defendendo hoc fecerit: super qua exceptione poterit habere locũ duellũ. vt de pa. te. ꝛ eius viol. §. si quis hominem. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formã proferende exemplum in autentico nõ ponitur: quia vbi cauetur infelicem habebit actionẽ iudex / si predictaz pugnã admittedã iudicet: quia tali iudicio videbitur ius diuinũ ꝛ euangelicũ abnegare. Plane i multis locis i casibus tractis admittuntur duella. ꝛ ideo si oportem iudicem sententiare ipse potest iuxta formã libelli suã sñiam ɔcipere cõformiter ꝛ proferre.

## ¶ Quinquagesimusoctauus libellus. de actione legis acquilie.

Coram vobis domino iudice mõtispessulani dicit ꝛ proponit in iudicio. P. contra. M. ꝙ dictus reus per iniuriã occidit quẽdã seruum nomine stichum / ad dictũ actorẽ nomine dominij pertinẽtẽ: qui seruus valuit cõmuni estimatione retro siue infra annũ ab occasione seu a vulneratiõe: ex qua mors dicti serui est secuta computañ. x. lib. turoñ. Quare agit dictus actor contra dictum reum / vt sibi dictas. x. lib. turoñ. det pro estimatione dicti serui / si confiteat. quod si sibi neget. xx. lib. turoñ. det / scilicet estimatione dicti serui duplicata. Et petit a vobis dicto domino iudice / vt predictum reum in predictis. x. lib. turoñ. dãdis ꝛ soluẽdis dicto actori / si idem reus cõfiteat dictuz seruũ se occidisse. vel in duplo / scilicet in. xx. lib. turoñ. dandis ꝛ soluẽdis dicto actori / si idem reus negauerit se dictum seruum occidisse / per vestram sententiam condemnetis: ꝛ condemnatum ꝛc. Probatur insti. de ac. et maleficijs. eo. tit. de le. acqui. per totum. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferẽde exẽplum sequitur: ꝛ est tale. Cum dictus reus negauerit se occidisse dictaz stichũ: ꝛ ipso negante / ꝛ in sua inficiatione existente / dictus actor sufficiẽter probauerit intentionẽ suam / seu cõtenta in dicta petitione sua: ꝛ specialiter probauerit per testes idoneos / dictum reum occidisse dictum seruum: Idcirco per nñam sñiam in his scriptis condemnamus dictum reum in duplum estimationis predicti serui / scilicet in. xx. lib. turoñ. in dicta petitione cõtentis / dandis ꝛ soluendis dicto actori. Et nihilominus condemnamus eum in centum solidis turoñ. dandis dicto actori ꝛc. Probatur ad. l. aquil. l. contra negantem. ¶ Recte dicitur / ꝙ si reus negauerit se occidisse: ꝛ eo in sua inficiatione psistẽte / actor pbauit p testes. quia post negationem / ꝛ ante pbationẽ p actorez inductam / reus si confessus fuit se occidisse dictum seruum: tunc reus cõdẽnabitur tantũ in simplũ / scilicet in. x. lõ. turoñ. vt. ff. de iniur. l. eũ qui. Et i cor. de trie. ꝛ se. §. studiũ. colt. iij. ꝛ facit quod no. in. l. illa contra negantem. ꝛ. ff. d rei ven. l. si. licet aliter no. ff. ad. l. aqui. l. inde neratius. §. hec actio. vbi nota / ꝙ vsqz ad litis cõtestationẽ est licitũ penitere ꝛ cõfiteri / vel vsqz ad publicationẽ testium: ꝛ ꝙ satisfaciat tunc de expensis. vt in dicto. §. studium.

## ¶ Quinquagesimusnonus libellus de actione familie herciscunde.

Corã vobis dño iudice mõtispessulani dicit ꝛ ꝓponit in iudicio Petr⁹ cõtra Martinũ. ꝙ ipse ꝛ dictus reus successerunt in bonis ꝛ heredi tate G ay equis portionibus: ꝛ predictã hereditatẽ possident ꝓ indi uiso. vnde cũ dictus actor velit a pdicta cõmunione recedere: ꝛ velit suã par tẽ de pdicta hereditate ꝓ diuiso possidere: agit cõtra dictũ reũ: ꝛ petit a vo bis dño iudice predicto / vt predictaꝫ hereditatem seu res hereditarias inter eos equis portionibus per vestram sententiaꝫ diuidatis ꝛ distribuatis: ꝛ cuili bet eorum partem suam pro diuiso adiudicetis: ꝛ si in alterius psona pregra- uare videatur adiudicatio / ipsum alteri pregrauato in pecunia cõdemnatis: ꝛ condemnatum ad predicta obseruanda ꝛ facienda iuris remedijs compel latis ꝛc. Probatur insti. de ac. §. quedam actiones. ꝛ de offi. iu. §. si famil. ff. fa. her. l. meuius. §. arbiter. ꝛ. l. heredes. §. in famil. her. iudicio. ¶ Sẽtẽtie iuxta predicti libelli formam proferende exemplum sequitur: ꝛ est tale. Cum dictus Petrus sufficienter probauerit intentionem suam / seu contenta in dicta peti tione sua: Idcirco per nostram sniam in his scriptis predictã hereditatẽ di- uidentes adiudicamus dicto Petro insolidum turrim de billio / sitam in mon tepessulano: ꝛ dicto Martino adiudicamus vineã vocatã muscutellam / sic ꝛ sic confrontatas. Et qa tale molendinũ sic ꝛ sic cõfrontatum nõ potest com- mode diuidi / ipsum dicto Petro insolidum adiudicamus: ꝛ cum dictum mo- lendinum valeat communi extimatione centum lib. turoñ. condemnamus di ctum petrum in. l. lib. turoñ. dandis dicto Martino pro medietate quam ideꝫ Martinus habet in dicto molendino. Item pro adiudicatis / vt cuilibet eorũ alter alteri de euictione debite prout de iure est caueat / alterum alteri condẽ- namus ꝛc. Aduertendum est / quod cum iudex predictas res adiudicat / non est necesse adijcere cum iuribus ꝛ pertinentijs suis quia quod subintelligitur / non deest. vt. ff. de re. cre. l. cum quid seruitutes. ꝛ si illa verba dicta non sint / sequuntur rem immobilem / quocunqꝫ titulo acquirũtur. vt de cõtrahen. emp. l. si aqueductus. ꝛ. l. alienatio. ꝛ de acqui. re. do. l. traditio. §. j. Item ꝛ quedaꝫ mobilia / attamen pauca / sequuntur rem immobilem. vt. ff. d ac. emp. l. iulian⁹. in fi. cum legibus sequentibus. ꝛ de diuer. ꝛ tempo. prescriptio. l. iij. ꝛ. C. de agri. ꝛ cen. l. quemadmodum. libro. xj. ꝛ. ff. de fundo instructo. ꝛ instru. le. l. cũ fundus. ꝛ de suppelle. l. fi. in prin. Item ꝛ quedam immobilia sequuntur rem immobilem. vt. ff. de ac. emp. l. creditor. ꝛ. §. ante domum. ꝛ de le. iij. l. predijs. §. balneas: vsqꝫ in finem legis. ꝛ de acqui. re. do. l. ergo. i prin. ꝛ facit quod no tatur. C. de bonis vacan. l. ij. li. x.

## ¶ Sexagesimus libellus de actione communi diuidundo.

Coram vobis domino montispessulani dicit ꝛ proponit in iudicio. P. cõ tra. M. ꝙ dictus actor ꝛ reus habent quendam fundum communem / situm in territorio sancti Martini de pineto / sic ꝛ sic confrontatum: quem et communiter possident. vnde cum dictus actor velit a communione discedere: agit contra dictum reum: ꝛ petit a vobis dicto domino iudice / vt dictuꝫ fun- dũ inter eos p vestram sniam diuidatis: ꝛ cuilibet eorũ partem dimidiam pro diuiso / ꝛ si in alterius persona pregrauare videatur adiudicatio / ipsum inui- cem alteri certam pecuniam dare ꝛ soluere condemnetis. ꝛ ꝙ pro adiudica-

tis alter alteri de euictione debite caueat alterum alteri condẽnetis. Et si fundus commode diuidi non possit/ totum eum alteri adiudicetis: ⁊ eū cui totū fundum adiudicaueritis/ vt pro medietate certam pecunie quantitatem alteri det condemnetis. ⁊ illum cui pecunia adiudicata fuerit/ vt de euictione pro medietate fundi alteri caueat condemnetis: ⁊ cōdemnatos ad predicta iuris remedijs cōpellatis ⁊c. Probatur insti. ti. de actio. §. quedā actiones. ⁊ de offi. iudi. §. eadem quidem interueniunt. ⁊. ff. cō̃i diui. l. j. ⁊. ij. ⁊. Litem q̃uis. in fi. ¶ Snie iuxta predicti libelli formaʒ ꝓferēde exēplum sequitur: ⁊ est tale. Cū dictus. P. sufficienter probauerit intentionem suam/ seu contenta in dicta petitione sua: nos attendentes/ ꝙ dictus fundus non potest commode diui: per nostram sententiam in his scriptis dictum funduʒ totū dicto petro adiudicamus: ⁊ cōdemnamus eū in. x. lib. turoñ. dandis dicto. M. pro medietate/ quā dictus. M. habet dicto fundo. Et dictum. M. condemnamus: vt pro alia medietate fundi dicto petro de euictione caueat ⁊c. Et est notandum: ꝙ in adiudicatione que fiunt in fa. her. ⁊ cō̃i diui. ⁊ finium regundorūʒ iudicijs: si ille a quo res adiudicatur est dominus: ⁊ post adiudicationē factam per sniam res tradatur illi cui adiudicata est/ statim ille efficitur domin⁹. vt institur. de offi. iudi. §. fi. Uel si nō est dominus ille a quo iudicatur/ alter cui ex adiudicatiōe traditur/ efficitur publicianista. vt. ff. de publi. ac. l. iij. in fi.

## ¶ Sexagesimusprimus libell⁹ de actiōe finiū regūdoꝝ.

Coram vobis dn̄o iudice montispessulani dicit ⁊ proponit in iudicio. P. contra. M. ꝙ dictus actor ⁊ dictus reus habēt duos agros cōfines in territorio sancti Martini de primeto/ sic ⁊ sic confrotatos. Item ꝙ dictus Martinus arando ⁊ fodendo agrum suū predictū facit ꝯtrouersiā dicto Petro super finib⁹ dictoꝝ agrorū: accipiēdo de agro dicti petri quatuor pedes. Quare agit dictus petrus cōtra eū: ⁊ petit a vobis dn̄o iudice: vt si veteres fines inueneritis/ illos sequēdo/ vestram sniam eos stare ⁊ obseruare pronunctietis: Et si veteres fines nō inueneritis/ predictis agros euidētibus terminis specialiter distinguatis. ⁊ si cōmode predicta distinctio fieri nō possit/ nisi de vno agro aliquid detrahatur/ ⁊ alteri adiungatur: tūc de vno agro aliquā partē detrahēdo/ alterius agri dn̄o illam partem adiudicetis. ⁊ illuʒ cui agri partem ad iudicaueritis/ ad dandum alteri certam pecuniam pro valore partis adiudicatur sniaiter condemnetis: ⁊ illum cui pecunia dari adiudicata fuerit/ vt alteri de euictione pro illa parte caueat condemneti: ⁊ predictos cōdemnatos ad predicta obseruanda ⁊ facienda iuris remedijs cōpellatis ⁊c. Probatur institu. de ac. §. quedam actiones. ⁊ de offi. iudi. §. si finiuʒ regundorum. ⁊. ff. fi. re. l. ij. in fi. re. l. se. ⁊. l. in finalibus. ⁊. C. e. l. quinqʒ peduʒ. ¶ Et est notandum ꝙ in predictis tribus iudicijs vterqʒ est actor ⁊ reus. vt. ff. de iudi. l. in tribus. ⁊. ff. fi. regun. l. iudiciuʒ. §. j. sicut ⁊ quedam animalia agunt. ⁊ patiunt: idest habent vtrunqʒ sexum: sicut lepus. vt de ver. sig. l. hec verba illa aut ille in fi. ⁊c. ¶ Sentētie iuxta predicti libelli formā ꝓferēde exēplū sequitur: ⁊ est tale. Cum dictus Petrus sufficienter probauerit intentionem suam: seu contenta in dicta petitione sua: ⁊ per agrimēsores in predictis agris per vos missos inuenti fuerint veteres fines seu termini: subtus terraʒ inter predictos agros: scilicet duo lapides magni erecti: ad instar finium: secūdum consuetudinem regionis positi: vnus ab oriente: ⁊ alter ab occidente: Idcirco

per nram sniam in his scriptis pronūciamus ꝛ declaremus dictis veteribus finibus/seu terminis esse standum: ꝛ condemnamus vtrunq̄ʒ litigantium ad predictos terminos obseruādū: ꝛ decernimus/ ꝙ iuxta illos duos terminos ponātur alij duo lapides erecti/qui euidenter super terram appareāt: ꝛ alios veteres terminos habeāt ꝑpetuo demōstrare. In quolibet alioꝝ p̄dicti libelli casuum/qui forsitan cōtingeret/posset snia cōformiter adaptari.

## Sexagesimussecundus libellus de actione depositi propter incendium.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit ꝛ proponit in iudicio Petrus contra Martinum: ꝙ cum incendium esset in domo domini Merengarij de fabrica: propter imminens periculū incendij ꝛ metu eius/quia flamme ignis intrabant domum proximam: in qua inhabitat dictus actor: ꝛ adhuc inhabitat dictus actor/deposuit penes dictum reū quendam suum codicem cum apparatu ordinario scriptum in pergamentis hedulinis/valentem communi extimatione.xv.lib.turoñ. vnde cum dictus reus dictum codicem restituere contradicat: agit contra eum: ꝛ petit a vobis domino iudice predicto: vt dictum reum ad restituendum predictum codicem dicto actori: si reus inficiatus non fuerit depositum: vel si inficiatus fuerit: tunc in duplum/scilicet ad restituendum dictum codicē/necnon ꝛ in.xv.lib.turoñ. dandis dicto actori per vestram sententiam condemnetis: ꝛ condemnatum ꝛc. Probatur insti.de ac.§.sequens alia diuisio.ver.plane si depositi.ꝛ.§.in duplum.ꝛ.§.sed furti quidem.ꝛ.ff.depositi.l.j.§.merito.ꝛ ad.l.acquil.l.si quis fumo.circa fi. Sententie iuxta predicti libelli formam proferēde exemplum sequitur: ꝛ est tale. Cum dictus reus negauerit predictum depositum: ꝛ ipso negante/ꝛ in sua inficiatione persistente/dictus actor probauerit per testes/se predictum codicem propter iminens predicti incendij periculum deposuisse penes dictum reum: qui codex valebat communi extimatione.xv.lib.turoneñ. Idcirco per sniam in his scriptis cōdemnamus predictū reum in duplum predicti depositi: scilicet vt dictum codicem dicto actori restituat: ꝛ ꝙ eidem actori.xv.libras turonenses det ꝛ soluat/i penā predicte inficiationis sue.ꝛ nihilominus condemnamus predictum reum in centum sol. turoñ.dādis dicto actori pro expeñ.ꝛc. ꝛ ꝙ i predicto libello possit peti restitutio codicis: ꝛ sub conditione possit peti pena inficiationis. ꝛ ꝙ predicto modo formetur sententia/videatur supra in titulo de lege acquil.

Est notandum/ꝙ si Martinus non possit restituere codicem: ꝛ sit ita pauper/ꝙ nec eius extimationem possit soluere: ipse nō luet in corpore: quia hoc iure cautum non est.sed si sit ita pauper/ꝙ non possit soluere quindecim libras turonēses/in quibus condemnatus est in penā inficiationis predicte: ipse tunc luet in corpore. vt.ff.de penis.l.j.§.generaliter.iuxta id quod notatur de simili inficiatione.instit. de ac.§.ex maleficijs.ver.item mixta.nō tamē esset idem in pena/que ex promissione hominis debetur: cum lege cautum nō sit: sed sufficeret tūc debitori ꝙ cederet bōis.

## Sexagesimustertius libellus de actione in factum vtilis: de seruo corrupto.

Ora vobis dño iudice montispessulani dicit et proponit in iudicio. P. B
c M. q dictus. P. habet quendã filiũ nõie Petronetũ: quẽ dictus reus dolo malo corrupit/ ducẽdo eũ in carreria calida: et quẽ fecit lusorez et meretricatorẽ seu meretricum amatorem. vnde cum intersit parentũ/ animũ liberorũ suorũ non corrumpi: et idem actor sit paratus iurare/ se nolle dictum filiũ suum sic fuisse corruptũ seu deterioratum a dicto reo pro. xxv. lib. turonẽ. agit dictus actor contra dictuz reum: et petit a vobis dicto domino iudice: vt dictum reum in duplum dicte deteriorationis/ per dictum actorem in litez iurandum scilicet in. l. lib. turonen. salua vestra taxatione/ dandis dicto actori/ per vestram sententiam condemnetis: et condem. etc. Probatur insti. de ac. §. in duplum. et. §. sed furti. et. ff. de ser. cor. l. j. §. i. et. iij. in fi. et. l. vt tantũ. §. j. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferende exemplũ sequitur: et est tale. ¶ Cũ dictus actor sufficienter probauerit intentionẽ suam seu cõtenta in dicta petitione sua: et delato ei a nobis iuramento/ in litem/ estimatione nostra prehabitata iurauerit in litem/ se nolle dictũ filiũ suũ sic fuisse corrumptũ seu deterioratũ per dictũ reum pro. xv. lib. turoñ. seu sua interesse in predictis. xxv. libris turon. idcirco per nostram sniam in his scriptis condemnamus dictum reum in. l. lib. turoñ. dan. et soluen. dicto actori. Et nihilominus cõdemnamus dictũ reũ in centũ solidis turoñ. dandis dicto actori. quos cẽtum soli. turoñ. dictus actor/ delato ei a nobis iuramẽto/ taxatione nostra precedẽte/ iurauit se expẽdisse occasione presentis cause.

## ¶ Sexagesimusquartus libellus de conditione ex lege. insti. de ac. §. tripli.

Oram vobis domino iudice montispessulani dicit et proponit in iudio.
c P. contra. M. Quod cum dictus. P. deberet tantũ decẽ. lib. turoñ. dicto. M. idẽ. M. in libello suo petijt. xx. lib. turoñ. corã vobis iudice: et ex hoc executores seu viatores curie ampliorẽ summã exigerunt a. P. pdicte nomine sportularũ. vnde cũ dictus. P. ex hoc dãnificatus fuerit in sportulis/ scilicet in decẽ soli: turoñ. agit ptra dictũ. M. et petit a vobis dicto dño iudice/ vt dictum. M. ad triplũ eius in quo damnuz passus est dictus. Pe. predictarum sportularũ scilicet in. xxx. soli. turoñ. dandis dicto petro/ p vestrã sniam pdẽnetis: et cõdẽ. etc. Probatur insti. de ac. §. tripli. Nec refert an dolo/ vel sine dolo. M. in dicto libello maiorẽ quantitatem inseruerit. C. de plus pe. l. j. Ille enim qui agit/ certificare debet reum. vt in auten. de litig. §. ad excludendum. colũ. viij. et. ff. de rei ven. l. si in rem. et. ff. de in iur. l. pretor edixit. Et secundum hec verba ex hac causa viatores etc. posita ibi in. §. tripli. debet intelligi consecutiue/ et non causatiue. vt et alle. C. de ob. patro. prestand. l. si manumissori. et ibi. et malum coram te feci/ vt iustificeris etc. in psalmo. Miserere mei deus: vt. ff. de dona. cu. mor. l. senatus. circa princip. Nec obstat in cor. de defen. ciuita. §. et iudicare. colla. iij. vbi exigitur dolus: quia ibi est alius casus/ et alia pena. Item glosa dicit: ista actio non habet hodie locum per auten. de execu. §. j. qđ non credo. quia legum correctio est vitãda. ¶ Uel possit dici/ quod in. §. tripli. fit mentio de quibusdam quibusdam legibus / quas non habemus. et eas ignoramus. et sic debet cessare hec actio. ar. C. de eden. in autenti. si quis in alio documento. Sed illud argumentum videtur multum extraneum: quia

in.§.tripli.conditor iuris statuit leges.⁊ licet de alia lege quam non habemus facia ibi mentionem:nõ est curandũ:dum tñ intelligatur:quia est illud quod in tendit statuere:est enim durum a lege recedere. Potest tamen dici/ hanc actio- nẽ non habere locũ in curijs:in quibus tales sportule hodie executoribus nõ prestantur. ¶ Sententie iuxta pdicti libelli formã proferẽde exẽplũ non re- perio.sed si in aliqua curia executoribus seu nuncijs sportule dari solent:⁊ p- pterea actio predicta itentetur:⁊ intẽtio actoris probetur:sciet ⁊ poterit pitus iudex iuxta petitionis formam sniam faciliter ordinarie.

## ¶ Sexagesimusquintus libellus de actione quod metus causa.

Oram vobis dño iudice montispessulani dicit ⁊ pponit in iudicio.P.
c ꝯ.M.Quod dictus.M.cõpulit eũ per metũ/ ponẽdo ei gladiũ ad gu lã:ꝙ donaret sibi quãdã vineã suã/ sitã i territorio de col.de fi.sic ⁊ sic confrontatam/ valentem cẽtum lib.turoñ.quã vineã ibidem dictus actor sola vita contentus/ donauit ⁊ tradidit dicto reo.vnde cũ dictus reus eidẽ actori dictam vineam restituere contradicat:agit ꝯtra eum/ vt sibi restituat:⁊ petit a vobis dicto domino iudice/ vt dictũ reũ ad restituendũ dicto actori predictaꝫ vineã cũ fructibus perceptis ⁊ percipiendis/ seu quos dictus actor percipere potuisset:quos estimat.x.lib.turoñ.necnon ⁊ quod de dolo repromittat/ ne di- cta vinea deterior facta sit/ per vestram sniam condemnetis.⁊.si post vestraꝫ sniam infra tempus arbitrio iudicis statuẽdum/ predictam vineam cũ fructi- bus restituere distulerit:ipsum ad quadruplum omnium predictorum: scilicet ad restitutionem predicte vinee/ ⁊.x.lib.turon.pro fructibus:⁊ etiam in triplũ eorum ad contumaciam eius/ scilicet in trecentis ⁊.xxx.lib.turoñ.dandis di- cto actori per vestram sententiam condemnetis:⁊ condẽnatũ iuris remedijs cõpellatis ⁊c. Probatur insti.de ac.§.quadrupli.ꝟ.itẽ de eo.⁊.ꝟ.itẽ actio.⁊.§. preterea.⁊.ff.quod metus cã.l.j.in prin. ¶ Snie iuxta predicti libelli formaꝫ proferẽde exẽplũ sequit:⁊ est tale. Cum dictus actor sufficienter ꝓbauerit intẽ tionẽ suã/ seu cõtenta in dicta petitione sua. Idcirco p sniaꝫ in his scriptis cõ demnamus dictũ reũ:vt infra.xv.dies dictã vineam dicto actori restituat:⁊ ꝙ det ⁊ soluat eidẽ actori.x.lib.turoñ.pro fructibus perceptis/ ⁊ qui percipi po/ tuerunt: Item ꝙ si dictus reus pdicta distulerit/ seu infra dictos.xv.dies resti tutionem eorũ non fecerit:ex nunc vt ex tũc cõdemnamus eũ in quadruplũ/ scilicet vt vineam dicto actori restituat:⁊ vt pdictas.x.lib.turoñ.pro fructibꝰ ei det:⁊ soluat:vt supra dictũ est:⁊ in triplũ predictorũ noie pene/ ⁊ ob eiusdeꝫ rei contumaciã/ scilicet in trecentis ⁊ triginta.lib.turoñ.dandis ⁊ soluendis ab eodem reo dicto actori.⁊ nihilominus condẽnamus dictũ reum in.c.sol. turoñ.dandis dicto actori pro expensis ⁊c.

## ¶ Sexagesimussextus de actione in factũ de calumniatoribus.

Orã vobis dño iudice mõtispessulãi dicit ⁊ ꝓpõit i iudicio.P.ꝯ.M.ꝙ
c dictus reus habuit a gayo.x.sol.turoñ.vt dictũ actorẽ traheret ⁊ vo caret calũniose i iudicio. Quare agit dictus actor ꝯ dictũ reum.⁊ pe- tit a vobis dicto dño iudice/ vt dictũ reum in quadruplũ pdictoruꝫ decẽ sol.

turon.scilicet in.xl.solidis turoñ.dãdis dicto actori per vestrã sniam condã-
netis: et condemnatum etc. Probat insti.de ac.§.quadrupli.et.ff.de calum.l.j.
in prin. Nec curat an Martinus vexauerit predictũ Pe.an non: sufficit enim
sola pactio de vexando calũniose/ et quod ob hoc aliquid fuerit datum vel pro
missum.vt.e.ti.et.l.generaliter.§.i.et.§.hoc edicto. ¶ Snie iuxta pdicti libelli
formã proferẽde exemplũ sequitur: et e tale. Cũ dictus actor sufficiẽter pbaue
rit intẽtionẽ suã seu cõtẽta in dicta petitione sua: Idcirco per nostrã sniam in
his scriptis condemnamus dictũ reum in predictis.xl.sol.turon.in predicta
petitione contentis/ dandis dicto actori etc.

## ¶ Sexagesimusseptimus libellus de condictione ex lege condicticia: de qua insti. de ac.§.quadrupli.

Orã vobis dño iudice mõtispessulãi dicit et proponit i iudicio Petrus
c cõtra Martinũ: qp cũ dictus Petrus esset citatus seu citaret vt appa/
reret coram vobis/ et dictus.M.esset executor litium curie.dictus.M.
executor cũ de accusatiõe seu p citando sm cõsuetudinem illius ville diutius
obseruatã non deberet hre nisi duos paruos turõ.noie sportularum: ipse vltra
dictos duos den.exegit a Petro vnũ turõ.grossum argẽteũ: Quare agit con-
tra eum et petit a vobis dicto dño iudice: vt dictum reum in quadruplũ dicti
turonen.argentei/ scilicet: in vno turonensi argẽteo eidem actori dando: et in
tribus fisco dandis/ per vestram sententiã condemnetis: et cõdemnatum etc.
Probatur insti.de ac.§.quadrupli.et in cor.vt liti iurẽt.§.et hoc quoque preci-
puimus coll.ix.et de iudicibus.§.nullo.coll.vj. Non multũ placet/ qp priuatus
imbriget se/ et petat illud triplum fisco dandum: sed procurator fisci petat iura
fisci/ si vult. Item consulerem/ qp ille pro vno turonẽ.argenteo nõ conqueratur:
qr hodie in curijs aduocati/ pcuratores/ et seruiẽtes excoriant homines: et iudex
erit fauorabilis executori predicto. Melius est enim tacere qz cõqueri. De duo
bus enim malis minus malum est eligẽdũ.vt.ff.de re.iur.l.quotiẽs.et.ff.si ser.
vẽ.l.sicuti.in prin. ¶ Sentẽtie iuxta predicti libelli formam pferẽde exẽplum
poterit iudex peritus faciliter ordinarie.

## ¶ Sexagesimusoctauus libellus de actione negociorum gestorum directa.

Orã vobis dño iudice mõtispessulani dicit et pponit in iudicio.P.cõ
c tra.M.qd cum dictus actor nemini mãdasset sua negocia gerere: et su
bito recessisset apud aurelia cum: dictus reus vẽit in domũ dicti acto-
ris in fabria/ et gessit negocia dicti actoris.vñ cum dictus reus male admini-
strauerit: et plura reliqua penes eum extent: agit dictus actor cõtra eum: et pe-
tit ab eo/ vt sibi rationem reddat/ et reliq̃ pstet: et de his q̃ male admistrauit si-
bi satisfaciat.et petit a vobis dicto dño iudice: vt dictum reum/ reddita prius
per eum ratione de gestis/ ipsum ad reliqua/ et ad interesse eorum/ in quibus di
ctus actor damnificatus inueniatur/ ex eius mala administratione/ dicto actori
pstanda p vestram sniam cõdẽnetis: et cõdẽ.etc. Probat insti.de act.§.actionũ.
et.ff.de ne.ge.l.ij.etc. ¶ Snie iuxta predicti libelli formã pferende exẽplũ se

quitur:et e tale. Cum dict⁹ actor sufficienter probauerit dictum reum sine mandato administrasse negocia dicti actoris absentis:et constet nobis de administratione canap. per dictum reum administrate et vendite/remanere penes eum centum sol. turon. et constet nobis de interesse dicti actoris i centum soli. turonen. quia dictus reus male coluit/et male se habuit i administratione vinearum. Idcirco per nostram sniam in his scriptis condemnamus dictum reum in .x. lib. turonen. dandis dicto actori pro expensis presentis cause: cum idem actor/delato ei a nobis iuramento/ iurauerit/taxatione nostra precedente/se expendisse predictos quinquaginta solidos turonenses. occasione presentis cause.

## Sexagesimusnonus libellus de actione negociorum gestorum contraria.

Coram vobis dno iudice montispessulani dicit et proponit i iudicio petrus contra martinum. Quod cum dictus actor sponte gessit negocia dicti rei absentis:et i negocijs pdictis expendit vtiliter centum solidos turone. qre agit dictus actor contra dictum reum:et petit ab eo/vt sibi predictos centum solidos restituat/per vestram sniam condenentis:et condemnatum etc. Probatur insti. de acti. §. actionum. et .ff. de neg. ge. l. ij. et insti. de ob. ex quasi contractu §. i. Et ex illis que dicta sunt in precedenti libello satis potest perpendi/qualiter procedendum est in hac actione contraria. Et enim ista actio generalis/sicut est directa. Sententiam iuxta predicti libelli formam proferendam potest iudex perpendere faciliter expremissis etc.

## Septuagesimus libellus de actione tutele directa.

Coram vobis dno iudice montispessulani dicit et proponit in iudicio. P. contra. M. quod dictus reus fuit tutor dicti actoris. vnde cum tutela sit iam finita:agit dictus actor contra dictum eum:vt de gestis reddat rationem: et quod reliqua prestet:et de his que gerere debuit/nec ea gessit/dana resarciat. Et petit a vobis dicto dno iudice:vt dictum reum/redditam per eum prius ratione eorum que gessit/ipsum ad reliqua prestanda:et ad interesse eius/scz quantum sua interest:quia quedam omisit gerere danda et prestanda dicto actori/ per vestram sententiam condemnetis:et condemnatum etc. Probatur insti. de ac. §. actionum. et. C. ar. tu. l. tutorem. et. l. quicquid. et negoci. gest. l. ergo tutori.

Sententie iuxta predicti libelli formam proferende exemplum sequitur:et est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam/seu contenta in petitione sua:idcirco per sententiam i his scriptis condenamus dictum reum i. x. lib. turo. que restant et sunt reliquie penes eum:ex administratione salis. Item i alijs. x. lib. turon. i quibus actor damnificatus est ex mala administratione vini. Ite in alijs. x. lib. turon. in quibus actor damnificatus est:quia dictus reus fundos et vineas quondam pupillares/sic et sic confrontatas administrare omisit. dandis et soluendis dicto actori. Et nihilominus condemnamus dictum reum in. x. solidis turon. dandis et soluendis dicto actori pro expensis etc.

Sententia ista formata est iuxta libellum predictum. Sed si libellus fuisset formatus prout alij communiter formant qui petunt reum condemnari ad rationem reddendum et ad reliqua prestandum in simul seu coniunctim: certe tunc

debet etiã fieri condemnatio ad rationem reddendam: et ad reliqua in simul: que tamen in simul stare non possunt. vnde nisi demũ ratione reddita/ prout ratio in facto consistit: et super hoc cogitet quilibet: redditio enim rationũ incipit a facto/ scilicet a computando: et exinde prouenitur ad dandum seu prestandum scilicet reliqua et interesse. vt. de condi. et demon. l. cum seruus.

## ℭ Septuagesimusprimus libellus de actionibus distrahendis.

Coram vobis dño iudice mõtispessulani dicit et pponit i iudicio. P. cõtra. M. Q. d cũ dict' re' esset quondã tutor dicti actoris: et ei' tutelam gereret: ipse quasdã res ex bonis dicti actoris tũc pupilli abstulit/ scz fermenta vinear pupillariũ/ in suos vsus cõburẽdo/ vsq ad valorẽ. lib. turoñ. Itẽ fenum prator pupillariũ i suos vsus puertẽdo/ scz equos suos exide pabulãdo: vsq ad valorẽ aliar. x. lib. turoñ. Itẽ pecũiã tũc pupillarẽ scz. xxx. lib. turoñ. sũpsit: et exinde stolas regias sitas in podio arquenello sibi cõparauit. vñ cũ tutela pdicta sit iã finita: agit dict' actor c dictũ reũ/ vt sibi dcã fermẽta/ et fenum/ et pdictas. xxx. lib. turoñ pstet seu restituat in duplum/ rebus pdictis in duplum cõputatis: et petit a vobis dicto dño iudice/ vt dictum reum ad prestandum dicto actori predictũ duplũ/ scz ad restituẽdũ pdictũ fermentũ/ et fenũ/ et pdictas. xxx. lib. turoñ. seu. l. lib. turoñ. pro valore et extimatiõe predictarũ rerũ/ postq cõsumpte sunt/ vt dictum est: necnon ad dandum alias. l. lib. turoñ. p pena et pena et in penã eiusdẽq rei/ p vestrã sñiam cõdẽnetis: et cdẽnatũ etc. Probat. ff. de tute. et ra. dist. l. ij. ℭ Sententie iuxta predicti libelli formã proferẽde exẽplũ sequit: et est tale. Cũ dictus actor sufficiẽter pbauerit intẽtionẽ suã/ seu cõtenta i dicta petitione sua: idcirco p nram sñiam in his scriptis cõdẽnamus dictũ reũ ad dandũ et soluẽdũ dicto actori cẽtũ lib. turoñ. scz. l. lib. turo. p valore predictarum rerũ ablatarũ/ seu interceptar: q cõstat eas non extare: et alias. l. lib. turõ. p pena. et nihilomin' cdẽnam' dictũ reũ in. l. sol. turoñ. dandis dicto actori pro expensis etc. vt in forma etc.

## ℭ Septuagesimussecundus libellus de actione tutele contraria.

Coram vobis dño iudice mõtispessulani dicit et ppõit i iudicio. P. ctra M. qd dictus actor fuit tutor dicti rei: et ei' tutelã administrauit. vñ cũ dicta tutela sit finita: et dict' actor ipẽderit de suis negocijs tutelaribus decem libras turonenses: agit dictus actor cõtra dictum reũ/ vt sibi pdictas decem libras turonenses det et soluat. et petit a vobis dicto dño iudice: vt dictum reum ad dandum et soluendum dicto actori predictas decem libras turoñ. p vram sñiam cdẽnetis: et cdẽnatum etc. Probatur. ff. de ctraria et vti. ac. tu. l. j. et se. insti. de acti. §. actionũ. ℭ Sñie iuxta predicti libelli forma proferende tenorem poterit per ea faciliter ordinari.

## ℭ Septuagesimustertius libellus de actione tutele directa si curator adulti suscipiat litem agendo.

Oram vobis dño iudice montispessul. dicit ⁊ proponit in iudicio. P. curator talis adulti cōtra. M. ꝙ dictus. M. reus fuit tutor dicti adulti tunc pupilli. vnde cū dicta tutela sit finita: agit dictus curator curatorio noie suscipiendo litem in iudicium contra dictuȝ reum / vt de gestis reddat rationeȝ: reliqua prestet: ⁊ ꝙ de male gestis / ⁊ de his que gerere debuit / nec ea gessit / damna restituat. Et petit a vobis dicto domino iudice: vt dictum reuȝ / reddita prius per eum ratione / ipsum ad reliqua prestanda / ⁊ ad interesse eorum / in quibus dictus adultus damnificatus est: quis male administrauit que dam: ⁊ ad interesse / scilicet quanti dicti adulti interest / quia quedaȝ omisit gerere / dañ. ⁊ prestañ. dicto actori curatorio nomine per vestram sententiam cōdemnetis: ⁊ condemnatum ⁊c. Probatur ꝑ iura supra allegata. ⁊ specialiter ff. de admi. tu. l. i. §. in absenti. dum dicit ex persona sua ⁊c. Item in actione de rationibus distrahendis dicet ita. Dñe iudex / ego petrus curator talis adulti conqueror de. M. ꝙ cum dictus reus esset tutor dicti adulti quondam / ⁊ eius tutelam gereret / ipse quasdaȝ res ex bonis pupilli tunc: nunc vero adulti abstulit / scilicet sermentū vinearū / ad valorē. x. lib. Itē fenū ad valorē aliarū. x. lib. ⁊ ēt. xxx. lib. turonen. intercepit. vñ cū tutela sit finita ergo Petrus curator predictus suscipiēdo litē curatorio nomine / ago cōtra eum ad duplū: ⁊ peto eum per vos dominū iudicem condemnari in predicto duplo / scilicet in ꝑdictis rebus restituendis si extant. vel si non extant vel non extabant tempore sententie / in quinquaginta lib. turoneñ. pro valore earum. Itē in aliis. l. lib. turoneñ. pro pena: dandis mihi curatorio nomine predicto: ⁊ condemnatū compelli ⁊c. Probatur vt supra. Et hec est actio que vocatur de rationibus distrahendis in duplū. In vno simplo est rei ꝑsecutoria: ⁊ in alio ē penalis. vt. ff. de tu. ⁊ ra. dis. l. ij. §. fi. ¶ Ex predictis satis apparet qualiter formet libellus in qualibet alia actione ꝑsonali / si curator in agendo velit suscipere litem adulti. ¶ Itē in actione in rē dicet ita: Dñe / ego. P. curator talis adulti ꝯqueror de. M. qui possidet / seu facultatē restituendi habet talē fundū / ad dictū adultuȝ iure dominij vel quasi pertinentē: quare ego suscipiendo litē / ago ꝯtra eū curatorio noie: ⁊ peto a vobis dicto dño iudice / vt dictū fundū ad dictū adultum iure dominij vel quasi pertinere per vestrā sniam declaretis: ⁊ dictū reū ad restituēdū mihi curatorio nomine predicto predictū fundū / sinaliter ꝯdēnetis. ⁊ condemnatū ⁊c. Probatur vt. s. ¶ Sententiarū iuxta ꝑdicti libelli formam proferendarum tenores possunt faciliter ordinari.

## ¶ Septuagesimusquartus libellus de actione tutele contraria: si curator suscipiat litem in defendendo.

Orā vobis dño iudice montispessulani dicit ⁊ proponit in iudicio. P. cōtra. M. curatorem talis adulti: ꝙ dictus actor fuit tutor dicti adulti / dum erat pupillus: ⁊ eius tutelā administrauit: ⁊ in negocijs tutelaribus decē lib. turoñ. inpendit. Unde cum tutela sit iam finita: ⁊ dictus curator dictum adultum hic in iudicio non exhibeat / licet magis velit litem suscipere: agit dictus actor contra dictum reum curatorio nomine / vt sibi predictas decem libras turonenses reddat: ⁊ petit a vobis dicto domino iudice: vt

dictum curatorem curatorio nomine ad reddendum dicto actori predictas decem libras turonenses per vestram sententiam condemnetis: et condemnatum etc. Probatur per iura superius allegata: et specialiter. ff. de adml. tu. l. j. §. in absentibus autem adultis. ibi / dum dicit contra curatorem agendum etc. Item ex predictis satis apparet / qualiter formetur libellus contra curatores suscipientem litem adulti in alia actione personali. Item in actione in rem dicet ita. Ego Petrus conqueror de Martino curatore talis adulti sui: et dico: quod dictus adultus possidet seu facultatem restituendi habet talem fundum / ad me iure dominij vel quasi pertinentem. unde cum dictus curator non exhibeat hic in iudicio dictum adultum: sed magis velit suscipere litem: ago contra eum: et peto a vobis dicto domino iudice / vt dictum fundum ad me pertinere iure dominij vel quasi per vestram sententiam declaretis: et dictum curatorem curatorio nomine ad restituendum mihi predictum fundum sententialiter condemnetis etc. Probatur vt supra. Semper autem in omnibus predictis causis curator iurabit de calumnia: et etiam si minor susceperit litem. vt. C. de iureiur. propter calum. l. iij. §. quod obseruari. Sed de veritate dicenda bene iurabit minor / si pars aduersa hoc requirat / non prout illud iuramentum veritatis est vnum de capitulis iuramenti de calumnia. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferende tenor potest faciliter adaptari.

## ¶ Septuagesimusquintus libellus pignoraticia actione directa.

Coram vobis domino iudice montispessulani dicit et proponit in iudicio. P. contra. M. quod cum dictus actor obligaret se penes dictum reum in. x. lib. turon. idem actor impignorauit et tradidit in pignore dicto reo pro dictis. x. libris turon. quendam fundum situm in territorio castri noui / sic et sic confrontatum. Item dicit et proponit / quod dictus reus tenuit sic per duos annos continuos postea dictum fundum: et quolibet anno percepit exinde fructus ad valorem. c. sol. turon. deductis expen. Item dicit et proponit quod / dictus reus succidit quatuor arbores scilicet quatuor amigdalares / que erant in dicto fundo et tenent eiusdem actoris / dictas quatuor arbores non fuisse succisas / in. centum solidis turon. vnde cum dicto reo sit satisfactum de predictis. x. lib. turon. quas dictus actor ei debebat: scilicet facta computatione / seu expensatione predictorum fructuum per eum perceptorum: agit dictus actor contra dictum reum: et petit a vobis: dicto domino iudice vt dictum reum ad restituendum dicto actori dictum fundum: necnon et in centum sol. turon. in quibus damnificatus fuit dictus actor / propter predictas arbores succisas dandis dicto actori: et vt eidem actori caueat quod alias dolum vel culpam in dicto fundo non commiserit per vestram sententiam condemnetis: et condemnatum ad predicta iuris remediis compellatis etc. Probatur insti. de ac. §. actionum. et ti. qui. mod. re. co. ob. §. fi. ¶ Sententie iuxta predicti libelli formam proferende exemplum sequitur: et est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam / seu contenta in dicta petitione sua: Id circo per sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum / vt dictum fundum dicto actori restituat. Item condemnamus eum in centum sol. turon. dandis dicto actori pro damno dictarum quatuor arborum succisarum. Item condemnamus eum / vt caueat dicto actori de dolo et culpa, ne alias in dicto

fundo dolum vel culpam commiserit nisi in predictis quatuor arboribus: ⁊ nihilominus condemnamus eum in .c. sol. turonensibus/ dandis dicto actori pro expensis presentis cause: cum idem actor/ delato sibi a nobis iuramento iurauerit/ taxatione nostra precedente/ se expendisse predictos centū sol. turoñ. occasione presentis cause.

## ¶ Septuagesimussextus libellus de pignoraticia actione contraria.

